

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gregorii M. in Ezechielem homiliae - Cod. Aug. perg. 71

Gregor <I., Papst>

[S.l.], [9. Jahrh.]


[urn:nbn:de:bsz:31-63650](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-63650)



Aug. LXXI

De omelia tractatus
b[ea]ti Gregorii p[ap]ae & sup[er] ezechielem p[ro]phetam

M



p. dicatores. et fidem nos spei.
 atq. caritatem. summo opere te-
 nere docuerunt. ipsi itaq. no-
 bis in his uirtutibus portae sunt.
 quos p. easdem uirtutes.
 ad interiorem intellectum.
 aeternae sapientiae p. ducunt.
 Sed ipsi exteriores portae sunt.
 quos accipimus interiores.
 Si uero ipsi interiores sunt.
 quos intellegimus exterior-
 es quam te intellegi uultiter
 potest. quia ipsi nobis et in-
 teriores simul et exteriores
 portae sunt. Cum enim ad
 haec inchoantibus non alta
 mystica. sed quaedam quae
 capi p. ualent p. dicant. por-
 tae exteriores sunt. Cui uero
 p. fectis p. funda et mystica lo-
 cuntur. portae interiores.
 Videamus qualiter porta ex-
 terior pateat. Non potui
 uobis loqui quasi spiritali-
 bus. sed quasi carnalibus. tam-
 quam paruulis in xpo. lac-
 uobis potum dedi non escam.
 Videamus qualiter portam

terior pateat. Sapientiam
 loquimur interfectos. Vi-
 deamus utrum eade ipsa
 sit porta interior & ex-
 terior. Sapientibus et insi-
 pientibus debitor sum. Qui
 rursum dicit. Siue mente
 excedimus dō. siue sobri-
 sumus uobis. In hoc ergo
 quod contemplando et
 loquendo sapientibus.
 mente excedit. porta inte-
 rior est. In hoc uero quod
 paruulis sobrie in p. dica-
 one se temperat. & quanta
 ebrietate sp. infundatus
 in mente. cum p. dicat non
 ostendit. exteriorem por-
 tam se esse manifestat. Ipsi
 itaq. & exteriores portae
 nobis sunt & interiores.
 quia nos in primo a ditu-
 fidei spei atq. caritatis in-
 stituunt. Circumiam p. fici-
 entibus caelestis regni mi-
 seria p. dicant. p. sup. uilio-
 rem sensum nos. diuini-
 ora p. ducunt. Unde et per



Hic liber e. augustinus que h. Bur. de sol. accommodauit.
 qui debet reddi inde eod. ff. in x.

1 x x

septem gradus prius ascensus
eas describitur. Et postmo-
dum p octo. Per octauum
& enim gradum illius uitae
mysteria signatur. quam in
secretis suis per secula intel-
gunt. qui iam cuncta tempo-
ralia mente transcendere
nouerunt. qui presentem uitam
que septem dierum curriculo
euoluitur. plene despiciunt.
quidem intima contemplatione
pascuntur. habent igitur
postea. spiritualis aedificii. septem
gradus. quia timore dñi. pie-
tatem. & scientiam. solitudi-
nem & consilium. intellectum
& sapientiam. suis auditoribus
pdicant. Sed cum iam omnia
dimittit picipiunt. cum nihil
in hoc mundo diligere am-
nent. nihil pfectum tene-
re cum contemplatione cae-
lestis patriae intendi. atq;
in ea sciant. mysteriis de-
lectari. gradum addunt.
& ad interiora eiciunt. Iste
gradus docente ueritate


cuidam ostensus est. cui cum
legis pcepta dicerent respon-
dit. hec omnia custodiu au-
uentute mea. Quasi enim in
septem gradibus stabat. cu
auuentute sua omnia custo-
disse se diceret. Sed ei mox
dicitur. Adhuc unum tibi
deest. Si uis pfectus ee. ha-
de uende omnia quae habes
& da pauperibus. & habebis
thesaurum in caelo. et ueni
sequere me. In quibus uer-
bis octauum equidem gra-
dum uidit. sed ascendere
noluit. quia tristis abscessit.
Quisquis itaq; contemptis re-
bus temporalibus aeternita-
tis contemplatione pascet.
caelestis regni gaudia rima-
tur. post septem gradus quos
timendo & operando atq;
intellectu sapientiae succre-
scendo tenuit. octauo gra-
du interioris portae aditu
intrauit. Per octauum quoq;
numex. & dies aeterni iu-
dicii. & carnis resurrectio

sed tamen ex possessis rebus
 subsidia egentibus mini-
 strant. oppressos defende-
 re festinant. Isti in bonis
 quae faciunt. sacrificium offe-
 runt. quia & aliquid sibi met
 ipsis reseruant. Et sunt quidam
 qui nihil sibi met ipsis ser-
 uant. sed sensum. linguam.
 vitam. atq. substantiam qua
 percoeperint. omnipotenti
 dño immolant. Quid isti
 nisi holocaustum offerunt.
 immo magis holocaustum
 fiunt. Israeliticus enim po-
 pulus. primum sacrificium
 in aegypto obtulit. secundum
 uero in heremo. Qui itaq.
 adhuc mentem habet in
 seculo. sed boni iam aliquid
 operatur. dño sacrificium
 protulit in aegypto. Qui uero
 p̄sens seculum deserit. et agit
 bona quae ualee. quasi iam
 egypto derelicta. sacrificium
 p̄bet in heremo. quia repul-
 so strepitu desideriorum
 carnalium. in mentis suae

quiete atq. sollicitudine.
 dño immolat. quicquid ope-
 ratur. Quamuis ergo sicut
 dictum est. sacrificium sit
 etiam holocaustum. Maius
 tamen est holocaustum
 sacrificio. quia a mente
 quae huius mundi dilecti-
 one non premitur. totum
 in omnipotentis dī sacri-
 ficio incenditur quod habe-
 tur. Sed sciendum nobis est.
 quia sunt quidam qui etiam
 seculum relinquentes. to-
 tum quidem quod habent
 offerunt. sed tamen in bo-
 nis. quae agunt minime
 compunguntur. Et bonum
 quod agunt holocaustum
 est. Sed quia affligere ac
 semetipsos diiudicare ne-
 scaunt. seq. ex amore ad la-
 crimas non accendunt. p̄-
 fectum eorū holocaustum
 non est. hinc enim per psal-
 mistam dicitur. Memor-
 sit omnis sacrificii tui. et
 holocaustum tuū pingue

fiat. holocaustum quippe
siccum est bonum opus
quod orationis lacrimae non
confundunt. holocaustum
uero pingue est. quando
hoc quod bene agitur. cor
de humili etiam per lacri
mas irrigatur. Unde rursum
dicitur. holocausta medul
lata offeram tibi. Quisquis
enim bonum opus agit.
sed omnipotentis dei amo
re. atque desiderio flere
nescit. holocaustum habet.
sed medullam in holocau
sto non habet. Qui uero
bona operatur. et uisioni
iam creatoris sui inhiat.
atque ad aeternam contem
plationis gaudia puenire
festinat. Sequitur ipsum ex
amore quo accenditur.
in fletibus mactat. holo
causta domino medullata
dedit. Studendum ergo
nobis est. et mala funditus
relinquere. & bona quae
sufficiamus operari. atque

ut in ipsis bonis quae agimus.
amore aeterni luminis
compungamur. Ipse enim cor
dis tenebras discutit amor.
lucis. ut subtilius uidere uale
amus. ne quando bonis quae
agimus praua misceantur.
Considerandum quippe nobis
est opus nostrum quale sit. quae
cogitatio in opere. Quae inten
tio in cogitatione. Et cum in
bono operi admixtum ali
quid malitiae. uel prae de
lectationis agnoscerimus. re
deamus ad lacrimas. lauimus
holocaustum. Sunt quidam.
qui semetipsos in magnis acti
onibus domino deuouerunt.
atque ad tantam perfectione
pueniunt. ut ab eis nulla
umquam difficultate fluctan
tur. quatenus inde libera
tione castitatis. nequaqua
caro in prae cogitationis
delectatione animu ster
nat. Nam & si quandoque
per suggestionem pulsat.
suggerere non permittitur.



omnis quae
luminis
- Ipse enim
scit amor
uidere uide
lo bonis que
uiscantur
quippe nobis
ale sit que
- Quem
- Et tunc
xtum sit
prae de
omnis re
- lauemus
quidam
nifaci
runt
ecclesie
ulla
fluctan
oera
qua
omni
ter
q
at
nt

DUO OMNIPO-
 TIENTIS ASPIRA-
 TIONE DE EZECHI EL
 PROPHETA LOCUTURUS.
 prius debeo tempora
 ac modos aperire pphetie. unda
 accessus eius ostenditur. uirtus
 in diuis agnoscat. Prophe-
 tia tempora tria sunt. scilicet pre-
 tium. presentis. et futurum. Sed scien-
 dum est. quod duob. temporibus
 pphetia etimologia perdit. quia
 cum deo pphetia dicta sit. qd futu-
 ra praedicat. quando de pterito et
 presentia loquitur. rationem sui
 nominis amittit. quo non pphete-
 tatur quod uenturum est. sed
 ut commemorat quae transacta s-
 t ea quae sunt. quae tamen tria
 pphetiae tempora. uerius loqui-
 mur. si ex facta scriptura testi-
 monium ostendamus. Prophe-
 tia de futuro est. Ecce uirgo con-
 cipiet et pariet filium. Prophe-
 tia de pterito. In principio creauit
 deus caelum et terram. De illo enim
 tempore dixit homo. quoniam
 homo. Prophecia de presenti est.

quam paulus apostolus dicit.
 Si autem omnes ppheterent. intret au-
 tem quis infidelis. ut idiota. conun-
 citur ab omnibus. diudicatur ab
 omnibus. occulta cordis eius
 manifesta fiunt. et ita cadens in
 faciem adorabit deum. pronunti-
 ans quod uere deus in uobis sit. Cu-
 igitur dicitur occulta cordis ei
 manifesta fiunt. pfecto mon-
 stratur. quia p hunc modum.
 pphetiae spiritus non praedicit quod
 futurum est. sed ostendit quod est.
 Quo autem pacto pphetiae dicat
 spiritus. qui nihil futurum indicat.
 sed presentis narrat. Quia in re animi
 ad uenturum est. quod recte p-
 phetia dicitur. non quae praedicit
 uentura. sed quia praedicit occulta.
 Rem quippe quamlibet. sicut ab
 oculis nostris in futuro subtrahunt
 tempora. ita ab oculis nostris in pre-
 senti subtrahit causa. Uentura et-
 enim res occultatur in futuro tem-
 pore. praesens autem cogitatio.
 absconditur in latenti corde.
 Et fit etiam pphetia praesens. cum
 res quaelibet. non per unum

sed per absentem locum tegitur.
quae tamen per spm denudatur.
Et tibi fit praesens prophetantis am-
mus. ubi per praesentiam non est
corpus. Nam ^{re} si longe ap-
pheta discesserat. cum neman
munera percipiebat. cui tamen
isdem pheta dicit. Nonne cor-
meum in praesenti erat. quando
reversus est homo decurrusuo in
occursum tibi. Sciendum quoque
est. quod prophetiae tempora in
vicem sibi concinnant ad probatio-
nem. ut aliquando uero ex pteri-
tis pbentur futura. aliquando
ex futuris pbentur praeterita.
Dixerat enim moyses. In principio
creauit caelum et terram. Sed quis
crederet quia de praeterito diceret.
nisi de futuro etiam aliquid dixisset.
In ipsius etenim libri fine.
in cuius exordio illa de praeterito
dixerat. aliquid prophetiae. per
iacob uocem. de futuris pmiscu-
it dicens. Non auferetur scriptum
de iuda. et dux de femoribus eius.
donec ueniat qui mittendus est.
et ipse erit expectatio gentium.

Quia etiam ipsum eundem. qui mitten-
dus erat ei quem ducebat populo.
pphetauit dicens. Propheta uob
suscitabit dominus de fratribus uestris
tanquam me ipsum audietis.
Et tunc autem quicumque non audierit p-
pheta illum. exterminabitur de
populo suo. Cur ergo praeteritis
uentura pmiscuit. nisi ut dum
implerentur ea quae de futuro p-
diceret. ostenderet etiam. quia de p-
terito uera dixisset. Quia itaque do-
cumus. qualiter ex futuris p-
phetia pbentur praeterita. restat nunc
ut adhuc de sacris eloquiis ostenda-
mus. quomodo in prophetiae spiritu.
ex praeteritis pbentur futura. Ceste-
rex babilonicus. cum somnium ui-
disset. misit ad magos et arifolos.
omnesque sapientes babiloniae con-
uocauit. nec ab eis solummodo in-
terpretationem somni. sed etiam
somnia quaesiuit. ut nimirum
ex praeterito colligeret. si quid in eo
re pmissionibus. de uenturo certum
teneret. Quicum dicere nulla p-
tuisent. daniel deductus est ad
medium. Quia de interpretatione

somni . et dicitur . requisitus .
non solum hoc respondit qd inter
rogatus est . sed ipsam somni ori
ginem replicavit dicens . Tu rex
coepisti cogitare in strato tuo qd
et futurum post haec . Et paulo post .

Tu rex uidebas . et ecce quasi statua
una grandis . Et cetera . Cuius uide
licet mox ordinem dixit . quicquid
ex eodem uenturus sequi dicitur aperu
it . Pensamus enim ordinem prophetie .

A cogitationibus uenit ad somnum .
a somno peruenit ad futura .

Quia ergo ipsam uita dicam radice
somnia protulit . profecto expectatis
probauit . quam uera essent quae
de futuris diceret . Prophecia autem
presentis temporis . nec praeteriti at
testatione indiget . nec futuri .
quia cum res occulta prophetiae
uerba detegit . ueritate illius res
ipsa quae ostenditur affirmatur .

igitur quia de temporibus prophetiae
tractauimus . restat ut de modis ei
aequalitatis aliqua differamus .

Spiritus quippe prophetiae . nec semper
nec eodem modo . prophetae animu
tangit . Aliquando enim spiritus

prophetiae . ex presenti tangit ani
mum prophetantis . et ex futuro nequ
quam tangit . Aliquando ex futuro
tangit . et ex presenti non tangit . Aliquan
do uero et ex presenti et ex futuro tangit .

Aliquando ex praeterito et ex presenti atq
ex futuro pariter . animu tangit p
phetantis . Aliquando tangit
ex praeterito prophetiae spiritus . nec tangit
ex futuro . Aliquando autem tangit ex
futuro nec tangit ex praeterito . Ali
quando in presenti ex parte tangit
et ex parte non tangit . Aliquando tangit
in futuro ex parte tangit et ex parte non

Sed haec ipsa si possumus . eo ordine
quo praemissa sunt sacrae scriptu
rae testimonius ostendamus . Ex
presenti enim prophetiae spiritus . pphete
antis animu tangit . atq ex fu
turo non tangit . sic iohannes bap
tista uenientem dominu uidens ait .

Eccc agnus dei . ecce qui tollit pecca
ta mundi . Sed cum iam moritu
rus esset . missis discipulis require
bat dicens . Tu es qui uenturus es .
an alium expectamus . In quibus
uerbis ostenditur . quia in terris
quidem uenisse redemptorem

quumitten
at populo .
propheta uob
est . tribus
iudicis .
iudicium p
inabitur de
o praeterit
si ut dicitur
futuro p di
n . quia dep
ua itaq do
tur ore p phe
restat nunc
uis ostenda
betiae spu
tura . Certe
somnia
sitatio .
plome con
in modum
fedetum
inimix
iquid in ore
ro cestum
e nulla p
actus e ad
rptatione

noceat. sed an per se metipsum. ad
aperienda inferni claustra discende
ret. dubitabat. Ex p̄senti ergo. p̄
phetiae sp̄u tactus fuerat. qui hu
manitatem mediatoris uidentis. et di
uinitatem eius intellegens. confite
batur agnum. qui peccatum mun
di tolleret. Sed tactus ex futuro n̄
fuerat. quia aduentum illius in in
ferno nesciebat. Aliquando p̄phe
tiae sp̄s. animum p̄phetantis ex
futuro tangit. atq. ex p̄senti non
tangit. Sicut aperte libri gene
seos historia testatur. cum isaac
esau filium suum aduenandum
misit. Cui minorum filium. ad
benedicendum rebecca subposu
it. qui hedinis pellib. indutus.
paterno palpatu corpus frater
num finxit. Cui ille minori fi
lio. tanquam maiori benedicti
onem dedit. quaeq. ei essent lon
ge futura nunciauit. sed quid
quis eēt quicorā se assisteret.
scire non potuit. Propheciae
ergo sp̄s. ex futuro p̄phetantis an
imum tetigit. atq. ex p̄senti non
tetigit. quando caligantib. ocu

lis. pater et uentura p̄ dicebat. et p̄sen
tem filium nesciebat. Aliquando
p̄phetantis animum. ex p̄senti pa
riter et ex futuro tangit. Quod ex
codem libro geneoseos. liquido doce
mur. In illo quippe scriptum ē.
quia cum uitae iam termino p̄pin
quaret iacob. et duos filios suos io
seph fecit assistere. ut ex benedicti
one illius. possent longe post futu
ra p̄mereri. Cui maiorem ad dex
teram. minorem uero posuit ad
sinistram. Cumq. ille oculis sence
tate caligantib. nepotes suos quis
prior. quis uero eēt minor. huma
no uisu discernere nequaquam pos
set. ductis in obliquum brachiis. dex
teram manum minori. sinistram
maiori posuit. quod dum corrigere
filius uellet. ait. non ita con
uenit pater. quia hic ē primoge
nitus. audiuit. Scio filium scio.
Et iste quidem erit in populos. et
multiplicabit. sed frater eius uim
or. maior erit illo. Propheciae.
ergo sp̄s. ex p̄senti pariter et ex fu
turo. p̄phetantis animum teti
git. dum iacob et uentura nuntia

bat. eos quos corporeis oculis uide
 re non poterat. ante se positos per
 spm discernbat. Sic achiae pphete
 animum. pphetae sps. ex pnti
 atq. ex futuro tetigerat. cum cali
 gantib. oculis. cam quae se esse alia
 simulabat. et uxorem hieroboam ce
 cognouit. et quae quidei futurum
 esset. aperuit dicens. Ingredere
 uxor hieroboam. quare aliam te
 esse simulabas. Ego autem missus
 sum ad te durus nuntius. Uade et
 dic hieroboam. Haec dicit dñs ds
 israt. Quia operatus es male supra
 omnes qui fuerunt ante te. et se
 cisti tibi deos alienos et conflatiles.
 ut me ad iracundiam puocares.
 me autem percussisti post corpus
 tuum. idcirco ego adducam ma
 la hieroboam. Ex pnti ergo et ex
 futuro pariter pphetantis animus
 tactus fuerat. qui et ingredientem
 dephendere potuit. et ei uentura
 nuntiare. Aliquando autem ex
 pterito atq. ex pnti et ex futuro pa
 riter. animus tangit pphetantis.
 Sicut elisabeth ad se uenire maria
 conspiciens. quia incarnatum uer

bum gestaret in utero agnouit.
 camq. iam dñi sui matrem uocauit
 dicens. Unde hoc mihi. ut ueniat
 mater dñi mei ad me. Occursus
 conceptione. p angelum quoq.
 ad ioseph dicitur. Quod enim
 in ea natum est. de spu sco est.
 Quae uidelicet elisabeth dum dicit.
 Beata es quae credidisti. a peste indi
 cat. quia uerba angeli quae dicta
 ad mariam fuerant. p spm agno
 uit. Atqui e subiungit. perfici
 entur ea quae dicta sunt tibi ad dno.
 quae cam etiam in futuro seque
 rentur p uident. Simul ergo de
 pterito et pnti atq. ex futuro. p
 phetae spu tacta e. quae etiam
 p missionis angeli credidisse cogno
 uit. et matrem nominans. quia
 redemptorem humani generis in
 utero postauit. intellexit. et cu
 omnia pficienda p dicaret. quid
 etiam de futuro sequeretur aspexit.
 Aliquando uero pphetae sps ex p
 terito tangit animum. nec tan
 git ex futuro. Sicut in paulo apsto
 lo apte ostenditur. qui discipu
 lis dicit. Notum uob facio frs

sup

dicebat. capto
 Aliquando
 n. ex pnti pa
 git. Quod ex
 liquido doce
 e scriptam e.
 o termino p pnt
 of filios suos
 ut ex benedico
 unge post futu
 atoram addox
 ero posuit ad
 lle oculis senec
 potes suos quis
 minor. huma
 quaquam pos
 am brachis dex
 nori. similia
 uod dicitur greg
 manta con
 hie p pnti
 o filium scio.
 n populof. et
 pater eius sum
 pphetae.
 dante et ex pnti
 th. animum teta
 citata nuntia

euangilium quod euangelizatum est
ame. quia non est secundum homi-
nem. neque enim ego ab homine acce-
pi illud. neque didici sed per reuelati-
onem ihu xpi. Unde alius discipu-
lus dicit: Secundum reuelationem
notum mihi factum est sacramentum.
Quia tamen hoc ipsum euangilium quod
per reuelationem didicistat. cum ihero-
solytam predicaturus ascenderet. ait:
Ecce ego alligatus spiritu. uado in iheru-
salem. quae mea uentura sunt mihi
ignorans. Hoc quippe euangeli sa-
cramentum est. quia unigenitus pa-
tris incarnatus atque perfectus homo
factus est. qui crucifixus. mortuus.
et sepultus. die tertia resurrexit.
die quoque quadragesima ascendit
ad caelum. atque ad dexteram patris
sedet. Qui ergo per reuelationem
euangilium agnouit per prophetiae
spiritu de praeterito tactus est. sed quia
quid per eodem euangelio passurus
esset ignorauit. de futuro per cal du-
bio tactus non est. Nam et dicit.
nisi quia et spiritus sanctus per omnes ciuita-
tes praestatur mihi dicens. quoniam um-
cula et tribulationes meae manent.

aperte ostendit. quia ea quae
ipsi futura essent. alius de ipso re-
uelata erant. non autem ipsi dese-
runt. Sicut de illo per agabum dicitur. Uir
cuius haec hona est. alligari oportet
in iherusalem. Aliquando autem
per prophetiae spiritus tangit de futuro. nec
tangit de praeterito. sicut de helisei
facto scriptum est. Quia cum
unus ex filiis per prophetiae materiam
succideret huic ferrum securis in
aquam cecidit. Qui exclamauit.
heu heu. domine mi. et hoc ipsum mihi
accepit. Dixit autem homo dei.
Ubi cecidit. Nihil monstrauit celo-
cum. praecidit ergo lignum. et
misit illuc. natauitque ferrum. In
quo uidelicet per prophetiae facto cognos-
citur. quia qui requirit ubi ceciderit.
quid esset facturum nouerat. sed tam-
en requirit. constat quia ubi ferrum
cecidisset ignorabat. per prophetiae.
ergo spiritus helisei mentem de futuro te-
tigerat. sed de praeterito non tangebatur.
qui et ferrum in profundum demersum.
quia reuocaturus esset ad superficiem.
scire potuit. sed ubi ceciderit om-
nino nesciuit. Aliquando uero

pphetiae sp̄s. in p̄senti expaste tan
 git. et expaste non tangit; Quod
 petri apostoli historia testatur.
 cum missi ad eum a cornelio milites
 ei sunt p̄ sp̄m nuntiati; Scriptum
 quippe est; Dix̄ sp̄s ei; Ecce tres
 viri quærent te; Ad quos ille des
 cendit. et requirens dix̄; Quæ causa
 est p̄pter quam uenistis; In cuius
 uerbis ostenditur. quia eandem cau
 sam p̄ sp̄m non audierat. quam ami
 litibus requirebat; In p̄senti ergo.
 mentem petri sp̄s expaste tetigit.
 et expaste non tetigit. quia et ad
 esse milites dix̄. et p̄ qua causa ue
 nerunt. tacuit; Aliquando uero
 sp̄s pphetiae. in futuro expaste tan
 git. et expaste non tangit; Sicut
 pphetarum filii. de auferendo helia.
 ad heliscum dicunt; Numquid
 nosti. quia hodie tollat dñs dom
 num tuum a te; Quo tamen abla
 to. sese p̄ diuersa disp̄gunt. cumq̄
 in rupib. et uallib. quærent; In futu
 ro ergo. coram mentem pphetiae sp̄s
 expaste tetigerat. et expaste mini
 me tangebatur. quando cum quem
 tollendum nouerant. non inueniendu

quærebant; Expaste itaq̄ tac
 ti sunt. atq̄ expaste non tacti.
 qui et sciebant quod tolli possit.
 et nesciebant quod inueniri non
 possit; isdem quoq̄. heliscus. p̄
 phetiae sp̄u de futuro expaste
 tactus est. et expaste non tactus.
 cum regi israhel diceret; Percute
 iaculo terram; Et cum percussisset
 trib. uicibus et tetuisset. iratus con
 tra eum uir dñi ait; Si percussisset
 quinquies. aut sexies. siue septies.
 percussisset syriam usq̄ ad interne
 tionem. nunc autem trib. uicib.
 percussisset eam; Qui itaq̄. nouerat.
 quia totiens percussisset syriam.
 quotiens percussisset terram; Sed
 cum ei diceret percute terram. quo
 tiens eam percussurus esset ignora
 bat; Quippe qui et indignatus
 est. terram tertio fuisse percussa.
 p̄fecto constat. quia de futuro ex
 paste tactus fuerat. et expaste
 non tactus. qui syriam percussit p̄
 dix̄. sed terram percussit amplius uo
 luit; Sic samuhel cum ad inueni
 dum dauid ad dño mitteret. Re
 spondit; Quomodo uadam;

Audiet enim saul. et interficiet me.
Qui et dauid unxit. nec tamen
a saule occisus est. Ex parte enim
de futuro tactus prophetae animi
fuerat. et ex parte non tactus.
qui et iungendum dauid in reg-
num nouerat. et quia a saule
non esset occidendus ignorabat.
Sciendum quoque est. quod prophetae
quidam. proximo tangun-
tur. atque longinquo minime
tanguntur. Alii uero longin-
quo. et non tanguntur proximo
prophetiae spiritu. Nam quidam tan-
guntur proximo et non longin-
quo. Sicut samuhel perisse asi-
nas nouerat. easque inuentas nun-
tiabat. saul regem futurum pro-
dixit. dauid quoque quia in eius reg-
num succederet nuntiabat. sed
quia pater regis aeterni futurus
sit. non dixit. Quidam uero
tanguntur longinquo. et non
tanguntur proximo. sicut isdem
dauid incarnandum diuini ge-
nitum nouerat de uirga dicens.
homo factus est mea. et ipse fun-
dauit eam altissimus. atque hunc

ad eadem ascensurus. et ad patris dex-
teram sessurum intellegit dicens.
dixit dominus domino meo. sede ad dexteris meis.
et tamen multa quae euicino acta
sunt. minime praecuidit. Ut enim
paucis de multis loquar. seruum
miserabilem. sibi met contra dominum
suum mentientem non intellexit. et
ama se permittit dicens. haec mihi
faciat deus. et haec addit. si non ma-
gister militiae fueris coram me
omni tempore pro ab. uidelicet
quid sequeretur ignorans. quia
et ama saul idem. non solum princi-
patum militiae pro ab non suscipe-
ret. sed etiam quid post sequeretur
nesciens. prophetam alterum requi-
siuit. Quidam uero et longinquo
tanguntur et proximo. sicut isaia
longe post futura praenuntiat dicens.
Ecce uirgo concipiet et pariet filium
et uocabitur nomen eius emmanu-
hel. De quo rursus ait. paruulus
natus est nobis. filius datus est nobis.
et factus est principatus eius super hu-
merum eius et uocabitur nomen
admirabilis consiliarius. deus fortis.
pater futuri saeculi. princeps pacis.

multiplicabit eius imperium et pacis
 non erit finis; Quia etiam de ezechia
 rege . pphetiae spu tactus euicino .
 quia de infirmitate sua surgeret p
 dix . et quot annis post infirmita
 tem uiuere nuntiauit . Aliquan
 do uero pphetiae sps pphetis deest .
 nec semp cor e mentib . presto est .
 quatenus cum hunc non habent . se
 hunc agnoscant ex dono habere eu
 habent . Unde heliseus . cum flentem
 sunamitam mulierem . a suis pedibus
 pichi . puerum auelli phiberet dixit ;
 Dimitte eam . anima eius in amaritu
 dine est . & dñs caelauit a me et n
 indicauit mihi ; Sic quoq . cum eu
 iosaphat . de futuris requireret . et
 pphetiae ei sps de esset . psaltem fec
 applicato . ut pphetiae adhuc
 sps post laudem psalmodiae des
 cenderet . atq . eius animum deuen
 turus repletet ; Uox etenim psalmo
 diae . cum p interitum cordis agi
 tur . phanc omnipotenti dño ad
 coriter paratur . ut intimae menti
 pphetiae mysteria . uel compunc
 tionis gratiam infundat ; Unde
 scriptum e ; Sacrificium laudis

honorificabit me . et illic iter est .
 ut ostendam illi salutare di ; Quod
 enim latine salutare . hoc hebra
 ice . ius dicitur ; In sacrificio igit
 laudis . fit in iuv iter ostensionis .
 quidam p psalmodiam compunc
 tio effunditur . uia nob in corde
 fit . quia ad iuv in fine puenit ;
 Sicut ipse de sua ostensione loquit
 dicens ; Quid diligit me diliget
 a patre meo . et ego diligam eum .
 et manifestabo ei me ipsum ; hinc
 quoq . scriptum est ; Cantate
 dño . psalmum dicite nomini
 eius . iter facite ei qui ascendit sup
 occasum . dñs nomen est ei ; Ipse
 enim sup occasum ascendit . qui
 mo stem resurgendo calcauit ;
 Cui diu cantamus iter facimus .
 ut ad nrm cor ueniat . et sui nos
 amoris gratia accendat ; Quia
 autem pphetis . pphetiae sps n
 semper adest . etiam uir . di indi
 cat . qui missus contra samaria .
 mala quae ei erant uentura nun
 tiauit ; Qui tamen phibitus a
 dño in uia comedere . pphete
 falsi psuasione deceptus est ;

ad patris dex
 it dicens .
 dextris meis .
 uano acta
 te . Uteru
 . seruum
 tra domini
 intellexit et
 hanc mhi
 sinon ma
 tam me
 uidelicet
 un . quia
 n pma
 on suscipe
 equerecur
 am requi
 don gunguo
 oluit claus
 mtae dicos .
 ariet filii
 emmanu
 paratuf
 us est nob
 us sup hu
 ur nomen
 is . di . fofed .
 ncept pacis .

Quem fallax sermo non decipere
si prophetiae spm presentem habu-
isset; Sciendum quoque est quia
aliquando prophetae sci dum con-
sulantur ex magno usu pphe-
tandi quaedam ex suo spu pfe-
runt et se haec ex prophetiae spu
dicere suspicantur; Sed quia
sci sunt p spm scm citius correp-
ti ab eo quae uentura sunt au-
diunt et semetipsos quia falsa di-
xerunt reprehendunt; Nathan
enim prophetam scm uirum fu-
isse quis nesciat qui dauid regem
et de culpa a peste reprehendit et
quae ei pro culpa eadem essent uen-
tura nuntiavit; Quem tamen
dum isdem dauid quia templum
uellet do construere requisisset
ilico respondit; Omne quod est
in corde tuo uade et fac quia
dn̄s tecum est; De quo illic sta-
tim subditur; Factum est in
nocte illa et ecce sermo dn̄i ad
nathan dicens; Uade et loque-
re ad seruum meum dauid; haec
dicit dn̄s ds; Numquid tu ae-
dificabis mihi domum ad habi-

tandum; Neque enim habitavi in do-
mo ex die qua eduxi filios israhel
de terra aegypti usque in diem hanc;
Et paulo post; Cum completi fue-
rint dies tui et dormieris cum pa-
tribus tuis suscitabo semen tuum
post te quod egredietur de utero
tuo et firmabo regnum eius; Ipse
aedificabit domum nomini meo;
Ecce nathan qui prius regi dixe-
rat uade et fac ipse post modum
p prophetiae spm edoctus hoc fi-
eri non posse denuntians et regis
consilium et suis sermonibus contradixit
quia quod ex suo spu dixerat fal-
sum dixisse reprehendit; Quae in re
inter prophetas ueros ac falsos ista
distantia est; Quia prophetae ueri
siquid aliquando p suum spm
dicunt p auiditose mentibus p spm
scm eruditi et uis corrigunt; Pro-
phetiae autem falsi et falsa nunti-
ant et alieni ascō spm in sua falsi-
tate perdurant; Consideratis igitur
prophetiae temporibus et modis in-
tueri libet qualiter omnis ds ad
perfectum hominum usque suae mo-
deramina dispensat; Israheliti

cuius quippe populus conditori suo
 deliquerat. eadem tunc regi babilo
 nio in captiuitate seruebat; Cū
 quo tamen ezechiel ppheta in
 captiuitatem mittitur. quem di
 uina gratia ita sibi placabilem
 fecerat. ut p̄ eum uentura quacūq;
 p̄diceret. et afflicti populi mentem
 consolari dignaretur. Considerem
 ergo si possumus. quanta est dispen
 satio supernae pietatis. quia sic
 iratus est dñs populo suo. ut
 tamen non omnimodo irascet.
 Nam si iratus non esset. in captiui
 tatem populum minime tradi
 disse. Et si omnimodo iratus
 esset. electos cum illo in captiui
 tatem non mitteret. Sed agit
 haec diuina misericordia. ut ex
 una eademq; re. ex qua carnalib.
 dat flagellum. ex ea spiritalib.
 instituit p̄stet incrementum.
 Cūq; illos per tribulationē pur
 gat. istos ex societate tribulanti
 um. ad maiora p̄merenda exci
 tat. Et sic iniustis irascitur.
 ut tamen corpe corda per iustorū
 consolium consoletur. nesciom

nūmodo deserat. nullus post cul
 pas adueniam redeat; Tenendo
 igitur repellit. et repellendo tenet.
 quando cum his quos diiudicat.
 simul in tribulatione mittit
 quos amat. Quis ista tantae
 pietatis uiscera pensare suffici
 at. quod et culpas populi dñs si
 ne uindicta non deserit. et tam
 delinquentem populum. a se
 funditus non repellit? Sic cū
 moyses ad repmissionis terram.
 exploratos. xii misisset. ex quib.
 cum x. postmodum desperatio
 nem facerent. isdem populus
 in ira murmuracionis accensus.
 se ductum se esse ad dño conque
 stus est. ut eius cadauera iace
 rent in deserto; Cui om̄ps dñs
 iratus dix. quod nullus corpe
 terram repmissionis intraret.
 Quo terrore compuncti. praue
 se egisse cognouerunt. sese
 in lacrimis affluerunt. et ac
 cincti armis. p̄tinuis coepe
 runt contra hostes. a seende
 re ut repmissionis terram
 post lacrimas intrare potuis

ab ita in modo
 filios israel
 hanc;
 completa fue
 eris campa
 nen tuum
 ur de uero
 m eius; ipse
 omni meo;
 regi dicit
 ost modū
 tus hoc fi
 n. et regis
 contradix.
 exerat. fal
 Quam re
 of ista
 dicit. ut
 uum spm
 n. p̄ spm
 gum; pro
 la nunt
 sua falsi
 tatis igit
 modū in
 of d. ad
 tate mo
 rabeliti

sent. Quibus per moysen dicitur die:
 Nolite ascendere. neque pugnatis.
 non enim sum uobiscum. Ne
 cadatis coram inimicis uestris. Qua
 uere pensandum est. sicum ip
 sis non erat. Cur eos necaderent
 ascendere prohibebat. Si autem
 cum ipsis erat. que dicitur quod
 ait. non sum uobiscum. Sed mi
 ra dispensatio disciplinae ac
 misericordiae. et cum ipsis erat
 & cum ipsis non erat. Cum ipsis
 non erat ut uinceret. sed tamen
 cum ipsis erat. ut ne ab hostibus
 perirent. O ineffabilia pietatis
 uiscera. culpas insequitur. et
 tamen peccantes protegit. Ira
 tum se indicat. et tamen ab
 hostibus defendit. Sic plerumque
 paruulo filio delinquenti. iras
 citur mater. reprehendit. incre
 pat. uerberat. sed ubi uide in pceptis
 ipse conspexerit. ubi in mostis
 periculum ruat. manum ten
 dit et retinet. et quae sic irata
 uerberauerat. ac si non dilige
 ret. sic diligendo retinet. ac
 si irata non uerberasset. haec

in sola praefatione colloquentes.
 nauigi nri quasi infra postum
 exercituum fecimus. ut ad indaganda
 prophetiae mysteria. uelut in
 mensitate pelagi. post uela pan
 damus. Quod tamen non in ira
 iustitiae presumimus. sed in eo qui
 linguas infantium facit discere.
 quia sps dmi repleuit orbem terra
 rum. et hoc quod continet omnia
 scientiam habet uocis. Omnis enim
 discursus patris omnipotentis est.
 Et qui de illo loqui concupissemus.
 muti uulgo nullomodo erimus.
 Dabit uerba utilia. omnis uerbum.
 quod pro nobis incarnatum. uiuit
 et regnat. in unitate sps sci. per
 omnia saecula saeculorum amen.

V INCIPIT OMIT SECVN
 SUS PROPHETI
 AE LOCUTIONIS EST.
 ut prius personam. tempus.
 locumque describat. et post
 modum dicere mysteria pphe
 tiae incipiat. quatenus ad ue
 ritatem solidius ostendenda.
 ante hystoriae radicem figat.
 et post fructum sps. p signa

& allegoriam pferat: Et hechiel
 itaq; aetatis suae tempus indicat
 dicens: Et factum e in tricesimo
 anno. in quasto. in quinta men
 sis: Locum quoq; denuntians.
 ad iunx; Cum essem in medio cap
 tuorx. iuxta flumen chobar.
 aperti sunt caeli. et uidi uisiones
 dñi: Tempus etiam captiuitatis
 insinuat. subdens: In quinta
 mensis. ipse est annus quintus
 transmigrationis regis ioachim;
 Qui ut bene psonam indicet. etia
 genis narrat. cum subditur: Et
 factum e uerbum dñi ad hechiel
 filium bushi. sacerdotem; Sed pri
 ma nobis questio oritur. cur is
 qui nihil adhuc dixerat. ita ex
 orsus e dicens: Et factum est in
 tricesimo anno; Et hancq; sermo
 coniunctionis est: Et cum is qui
 non coniungitur sermo subse
 quens nisi sermoni pcedenti;
 Qui igitur nihil dixerat. cur dic
 Et factum est. Cum non sit ser
 mo. cui hoc quod incipit sub
 iungat; Qua in re intuendu
 est. quia sicut nos corporalia

sic pphetas sensu spiritalia aspiciunt.
 eisq; et illa sunt pserua. quae nre
 ignorantiae absentia uidentur.
 Unde fit ut in mente pphetarx.
 ita conuincta sint exteriora inte
 riorib; quatenus simul utruq;
 uideant. simulq; eis fiat et intus uer
 bum quod audiunt. et foris qd
 dicunt: patet igitur causa cur
 qui nihil dixerat. inchoauit di
 cens. et factum e in tricesimo an
 no. quia hoc uerbum qd foris
 ptulit. illi uerbo quod intus au
 dierat conuinx. Coniunxit er
 go uerba quae ptulit uisioni
 intus. et ad uerbo incipit dicens.
 et factum e; Subiungit enim
 hoc quod exterius loqui incho
 at. ac sic et illud foris sit quod
 intus uidit; hoc autem qd dicitur.
 quia tricesimo anno spm pphe
 tiae acceperat. indicat nob ali
 quid considerandum. uidelicet
 quia iuxta rationis usum. doct
 rinae sermo non suppetit. nisi
 in aetate pfecta. Unde et ipse
 dñs. anno duodecimo aetatis
 suae. in medio doctoye intem

Alloquentes.
 fra postum
 tadindagan
 a uelut in
 ost uela pan
 non in ma
 ed meo qui
 cat distat
 orbem terra
 nec omni
 Omnes em
 otentis est
 mpferant
 oprimis
 furbum.
 n. uat
 fca. per
 lox amen
 ut scv
 pheti
 nist
 temp
 expost
 yphie
 fadue
 nclat
 nfigat
 gna

plo sedens. non docens. sed interro-
 gans uoluit inueniri. Ut enim
 non audeant homines in infirma
 aetate predicare. ille anno duode-
 cimo aetatis. interrogare homines
 est dignatus in terra. qui per diu-
 nitatem suam. semper angelos do-
 cet in caelo; Quia enim ipse est di-
 sapientia. de ipso angeli uidentes
 uiuunt. hoc quoque in beatitudine
 aeterna faciantur; Quod mo-
 ses quoque sub allegorie mysterio
 admonet dicens. Non arabis in
 primogenito bouis; primogeni-
 tum bouis. accipimus in infirma
 aetate. primi enim temporis. bona
 operationem; in qua tamen aran-
 dum non est. quia cum prima
 sunt adolescentiae uel iuuen-
 tutis nostrae tempora. nobis adhuc
 a predicatione cessandum est.
 ut uomer linguae nostrae. pro-
 scindere non audeat. terram cordis
 alieni; Quo ad usque etenim
 infirmi sumus. continere nos.
 intra nosmetipsos debemus.
 ne dum tenera bona citius osten-
 dimus. amittamus; Quia et ar-

busta plantata. si prius in terra ra-
 dicata non fuerint. manu tacta
 citius arcescunt; At si semel radi-
 cem fixerint. manus tangit. et
 tamen nihil officit; Uenti im-
 pellunt. nec tamen impellentes
 laedunt; Et constructi parietes.
 si impellantur eruantur. nisi a suo
 fuerint prius humore siccati;
 Mens itaque. quo usque ab humore pra-
 uitatis suae perfecte non fuerit ex-
 ficata. alienae linguae manu
 tangi non debet. ne priusquam
 plenae proficiat. perdat solidi-
 tatem suam. ne impulsu ruat.
 ne uelut arbustum sine radicibus
 dum plusquam tolerare ualet con-
 cutitur. arcescat; Ad exemplum
 ergo non sunt ostendenda. nisi que
 firma sunt; prius enim conua-
 lescere debet mens. atque ad utilita-
 tem proximorum post demonstra-
 ri. cum iam nec plaudem deua-
 ta corruat. nec pro uiperatione
 concussa contabescat; Nam et
 si in thesauro dicitur. prope haec.
 nemo adolescentiam tuam con-
 temnat. sciendum est. quod

DA.

in sacro eloquio nonnumquam ad
 olescentia iuuentus uocatur. Un
 de scriptum est. Lactare iuuentus
 in adolescentia tua. propheta igitur
 ut ostendat cuius auctoritatis sit
 impudicatione. aetatis solidae esse
 describitur. quatenus ei cum uita
 & spiritu omnia quae ad predicandum
 congruunt. concordare uideantur.
 Nec contra haec mouere quicquam
 debet. quod hieremias atque dam
 hel. prophetiae spiritum pueri perceperit.
 quia miracula in exemplo operis
 non sunt trahenda. Omnis etenim
 dei & linguas infantium fecit diser
 tas. at ex ore infantium & lactanti
 um profertur laudem. Sed aliud est.
 quod nos de doctrinae usu atque dis
 ciplina discimus. aliud quod de
 miraculo scimus. Iam uero si quae
 ritur. ut in ipsa quoque aetate illi
 us expressione mysticum aliquid
 designetur. absurdum ^{non} est. quod
 propheta dominum quem uerbis denun
 tiat. in ipsa quoque aetate suae
 tempora ostendat. Anno tri
 cesimo ezechiel prophetae. caeli
 aperti sunt. & uidit uisiones

domini. iuxta flumen chobar. quia
 & quasi tricesimo aetatis suae
 anno. dominus ad fluum iordanis
 uenit. Ibi itaque caeli aperti sunt.
 quia spiritus in columba descendit.
 uox quoque de caelo sonuit dicens.
 hic est filius meus dilectus. in quo
 mihi complacui. Sed ipsa hebraea
 uerba. multum nobis ad mysteri
 um interpretandum ualent.
 Nam chobar interpretatur grauitu
 do uel grauitas. Ezechiel susti
 tudo dei. Babeli contemptus uel con
 temptus. Chaldei captiuantes.
 uel quasi demones. Uenit ergo
 ezechiel iuxta fluum chobar.
 Quia enim chobar grauitudo uel
 grauitas dicitur. quod per chobar
 fluum. nisi humanum genus
 designatur. quod ab ostio deflu
 it ad mostem. & graue sibi est.
 expectatis quae perpetrata et postea.
 Quia sicut scriptum est. iniqui
 tas in talento plumbi sedet. om
 ne enim peccatum graue est.
 quia non permittit animam ad
 sublimia leuari. Unde et per
 psalmistam dicitur. Filii ho

spiritus uocatur
 manu tangit
 et si semel ja
 nus tangit
 Uenit in
 impelleri
 ruit parietes
 nisi a suo
 siccat
 humore pro
 manserit ex
 ae mana
 ruit quom
 dat solidi
 sa ruat
 ne radice
 ex uale
 de templum
 lada nisi qu
 in conua
 y aduultra
 monstra
 lem dea
 peratione
 Nam et
 cepe hae
 uam con
 st. quod

minum usq; quo graues corde.
 Scriptum uero de dno est. quia ipse
 est di iustus. & di sapientia. Ue
 nit ergo ezechiel iuxta fluum
 chobar. quia fositudo di per
 incarnationis suae mysterium.
 ppinquare dignata est. pecca
 torum suorum pondera postan
 ti generi humano. Quod ab osti
 suo cotidie defluit ad mostem.
 sicut de illo ppsalmistam dicitur.
 Et erit tamquam lignum quod
 plantatum e secus decursus aqua
 rum. iuxta decursus quippe
 aquae plantatus est. qui iuxta
 lapsus incarnatus e defluentiu
 populor. Ezechiel aute. fosi
 tudinem di. Buzi uero. dispectu
 interpretari diximus. Sed ezechiel
 filius est buzi. quia ex illo popu
 lo unigenitus di incarnari dig
 natus est. quem ppter culpam
 pfidie dñs dispexit. Fositudo
 ergo di. ex contemptu uel despec
 tu nascitur. quia redemptor nr.
 humanitatem assumere ex po
 pulo pfido et contempto digna
 tus est. Uenit uero in terram.

chaldeor. Chaldea interpretantur
 ut diximus. captiuantes uel qua
 si demones. Iniqui etenim. qui
 et ipsi iniquitates ppetrant. et ad
 iniquitatem alios psuadendo tra
 hunt. nimise captiuantes sunt.
 Qui recte quoq; & quasi demones
 interpretantur. quia et hi qui et ali
 os ad iniquitatem suadendo ptra
 hunt. in semetipsis ministerium
 demonum ad iniquitate suscipi
 unt. quamuis demones p natura
 non sint. Uenit ergo fositudo
 di in terram chaldeor. quia in
 ter eos unigenitus patris aparuit.
 qui et in semetipsis ad peccatum
 defluerunt. & ad peccata alios
 captiuantes trahebant. Sed ex
 positionis sermo. ad pphetas
 nunc psonam redeat. Et facta
 est sup eum ibi manus dñi.
 Manus uel brachium dñi filius
 dicitur. quia p ipsum omnia
 facta sunt. De quo etiam psal
 mista ait. Fiat manus tua ut
 saluum me faciat. Manus quip
 pe di. quae p diuinitatem non
 est facta sed genta. p humanitate

facta est. ut humani generis uulne-
 ra sanaret; Ibi ergo propheta incarna-
 tionem unigeniti agnouit. ubi sup-
 se manum dñi factam uidit; Quod
 uero hic subditur. et uidi. ecce
 uentus turbinis ueniebat ab aquilone.
 intuendum nob est. quisit in pphete
 ta uerbis ordo locutionis; Qui enim
 superius de ipso dixerat. a pesti-
 sunt caeli. et uidi uisiones dñi. postea
 tamquam si de alio narret adun-
 git; Et facta est super eum ibi ma-
 nus dñi; Ac deinde quasi ad se
 reuertitur. et dicit. Et uidi. ecce
 uentus turbinis ueniebat ab aquilone;
 Quid est hoc. quod modo
 de echele modo quasi de alio
 dicitur; Si totum diceret de se.
 questio non eēt; Si totum dice-
 ret quasi de alio. nihilominus
 quaestio non fuisset; Quid ergo
 est. quod sic uariatur sermo p-
 pheticus. ut modo propheta de se
 loquatur. modo autem de se ip-
 so quasi alius loqui uideat;
 Sed sciendum ē. quod hi qui pphete-
 tiae replentur. hoc quod apte
 nonnumquam loquuntur de se.

et nonnumquam sic de se uerba
 tamquam de alio pferunt. indicant
 quia non propheta sed sps scs loquitur
 pphetam; pro eo enim quod ip-
 sis sermo fit. ipsi loquuntur de se.
 & pro quod aspirante scō spū lo-
 quuntur. isdem sps scs p ipso lo-
 quitur de ipso; Ueritate attestan-
 te quae dicit; Non enim uos estis
 qui loquimini. sed sps patris ur̄i
 qui loquitur in uobis; hinc etia
 moyses ait; Erat moyses ur̄i mi-
 tissimus sup omnes homines qui
 morabantur in terra; Qui enim
 non dicit etiam sed erat pfecto
 apte indicat. quia is qui p illum
 de illo loquebatur. alius erat;
 hinc iohannes ait; Uidit illum
 discipulum quem diligebat ihs;
 Unde et paulus. ut non se esse qui
 loquebatur ostenderet. dixit;
 An experimentum quaeritis eius
 qui in me loquitur xps; Quia
 igitur in locutione pphetica.
 alter est qui p̄sidet. alter qui
 obsequitur. cum de se ipso pphete-
 ta loquitur. p̄sona obsequentis
 est. cum uero p pphetam sps lo-

quitur de propheta . sublimitas p̄si
 dentis ; Recte ergo et tamquam
 de alio dicitur . facta est sup̄ eum
 ibi manus dñi . et de se p̄tinus ad
 iungit ; Et uidi . et ecce uentus
 turbinis ueniebat ab aquilone ;
 Nunc itaq̄ . discutiendum nob̄ est .
 quid sit quod dicit ; Et ecce uen
 tus turbinis ueniebat ab aq̄i
 lone . et nubes magna ; pro eo
 quod uentus aquilo constringit
 in frigore . non incongrue
 aquilonis nomine . forma ma
 ligni sp̄s designatur ; Quod esa
 ias quoq̄ . p̄pheta testatur . qui
 dixisse diabolum . denuntiat
 dicens ; Sedebo in monte testa
 menti . in laterib̄ aquilonis ;
 Malignus enim sp̄s . montem testa
 menti tenuit . quia iudaicum
 populum qui legem acceperat .
 sibi in p̄fidiam subiugauit ;
 Quando enim corda doctor̄ te
 net . monti testamenti drabo
 lus p̄sident ; Qui etiam in laterib̄
 aquilonis sedet . quia mentes
 hominum frigidas possidet ;
 Unde et sponsi uoce . in canticis

canticor̄ dicitur ; Surge aquilo .
 et ueni auster . p̄fla hostum meum .
 et fluant aromata illius ; Cum enim
 iubente dō . frigidus sp̄s cedit . cali
 dus sp̄s mentem fidelium occupat .
 Qui hostum dñi . id est sc̄am a ecclesia
 p̄flat . ut opprimones iustitiam ei .
 admultor̄e noticiam . uelut aroma
 ta defluant ; Recedente etenim
 aquilone . id est maligno sp̄u .
 sp̄s sc̄s mentem quasi auster re
 plet . quidum calefaciendo flauie
 rit . statim de fidelium cordibus
 aromata iustitiam fluunt ; Pro
 pheta ergo ea que essent in fine
 uentura conspiciens . uenire ab
 aquilone uentum turbinis ui
 dit . quia in extremis saeculis .
 mentes hominum torporis sui
 frigore . malignus sp̄s grauius
 occupauit ; Unde scriptum
 est ; Uae terrae et mari . quia
 descendit drabolus ad uos . ha
 bens iram magnam . sciens quod
 modicum tempus habet ; An
 tiquus quippe aduersarius .
 insidiar̄e suarum molimina .
 inhumanis mentib̄ grauius

exaggeravit. contra cuius exerecentem superbiam incarnati manifestata est humilitas di. Atq; ut humanum genus a suo languore sanaret. tunc magna apparuit potentia medici. cum languor crevit egroti. Bene autem maligni sps immissio. uentus turbinis appellatur. Turbo quippe aedificium quod tangit. concutiendo subruit. Et omnis antiqui hostis temptatio. quae agit in mente. uentus est turbinis. qui hanc concutiendo desideria ab statu suae rectitudinis euellit. Sed nos ista reticentes. quae humano generi erunt ab hoste callido in fine uentura. ad solam iudeam ex qua ppheta fuit. etenim pditionem pphetando conspiciuerba uestamus. Quae incarnato dno. tanto grauius ab aquilone uentum turbinis ptulit. quanto a sua rectitudine concussa cadens. propterea mentis in pfidia frigida remansit. Uentus ergo

turbinis. ab aquilone uenit. cum uitam iudaici populi. malignus sps in temptatione concussit. Ubi et recte addit. Et nubes magna quia quanto plus quisq; exarserit in crudelitate. tanto amplius obcecati meruit ignorantiae suae caligine. Redemptorem quippe humani generis quem in lege ac pphetis intellegentes spectauerant. uidentes negabant. Unde actum est. ut eorum mens. magna ignorantiae suae nube tegetetur. ne hunc post inquirentes agnoscerent. quem prius et denuntiare poterant. et amare renuebant. Nam cum modo eius iustitiae et miracula. modo autem passiones. aspicerent. in infidelibus cordibus. nubes magna ab aquilone uenit. quia ex peccati sui frigore propter infirmitatem passionis illius. et inter signa caligabant. quid uero ex illa nubis magnae caligi-

arge aquilo
ostam metem
us. Cum eni
sps cedat. cal
uum occupat
eam ecclesia
et uisitat me
n uelut aroma
dente et omni
aliquo spu
si anster re
acido flauo
in cordibus
luunt. pro
ent. in fine
uenire ab
turbinis in
ms facit
tor
gum
ipsum
ari. quia
adaos. ha
scis quod
abet. An
erfatus.
molanna
grauis

ne sit secutum. subiungitur.

cumptinus dicit; Et ignis inuolvens; Ignis enim nomine. cum p[er] significationem dicitur. aliquando sp[iritus] sc[ilicet] s[an]c[t]i. aliquando au[tem] mentis malitia designatur;

De bono enim igne scriptum e[st].

Ignem ueni mittere in terram. et quid uolo. nisi ut accendat;

Ignis quippe in terram mittit. cum p[er] ardorem sc[ilicet] sp[iritus] afflata terrena mens. ac carnalib[us] suis desideris concrematur; De malo autem igne dicitur; Et nunc ignis aduersarius consumit.

Quia cor pessimum. ex sua malitia tabescit; Sicut autem ignis amoris mentem erigit. ita ignis malitiae inuoluit. quia et sc[ilicet] sp[iritus] cor quod replet eleuat. et ardor malitiae ad inferiora semp[er] incuruat; Iudaea igitur. nube suae ignorantiae cecata. quia mox ad persecutionis nequitiam erupit igne suo inuoluta e[st]. quae se in obligatione nequitiae. p[er] eandem ipsam crudelitatem quae

arsit. implicauit; Ventus ergo turbini ueniebat ab aquilone. et nubes magna. et ignis inuolvens. quia extorporis sui frigore. ad ignorantiae caliginem p[er]ducta. usq[ue] ad malitiam persecutionis erupit;

Unde ad alium quoq[ue] p[ro]phetam dicitur; Quid tu uides;

Qui ilico respondit; Ollam succensam ego uideo. & faciem eius a facie aquilonis; Iudeorum quippe mens in persecutione sc[ilicet] uens. atq[ue] in crudelitate malitiae undas cogitationum uolvens. quid aliud quam olla succensa fuit;

Cuius facies a facie aquilonis esse dicitur. quia si se aduersos sp[iritus] p[ro]torporis mentis non subderet. contra bonos in tanta malitia non arsisset; Nubem itaq[ue] sequit[ur] ignis inuolvens. quia in eis cecitatem mentis. secuta e[st] crudelitas persecutionis; Si enim cognouissent. numquam dnm glorie crucifixissent; Sed iste alibi arsit. atq[ue] alibi splenduit; Nam subditur; Et splendor incircutu eius; O um enim persecutio

in iudea agitur. scilicet apostolorum
 predicatio. in universo mundo disper
 sa est; Sicut ipsi dicunt; Uob
 missum fuerat uerbum dei. sed qui
 indignos uos iudicatis aeternae
 uitae. ecce conuestimur ad gen
 tes; De crudelitate ergo malitiae.
 quae mentem iudeorum concrema
 uit. omnipotens deus lucem gentibus disper
 sit. quia pro hoc quod illa redemp
 torem suum. ac membra eius
 persecuta est. sanctis apostolis per diuer
 sa dispersis. nos in iudea circuitu
 positi. in tenebris fuimus. do
 nec caelesti gratia splendorem
 ueri luminis uidemus; Unde
 scriptum est; Seditibus in tene
 bris et umbrae mortis. lux orta
 est eis; Iste itaque ignis malitiae.
 qui in iudeorum cordibus arsit in
 persecutione. priusquam sanctos
 apostolos sciendo affligeret.
 in ipso se exercuit auctore ge
 neris humani; Unde et sub
 dit; Et de medio eius quasi spe
 cies electri. id est de medio ignis.
 Quid electri specie. nisi christus ipse
 mediator dei et hominum de

signatur; Electrum quippe.
 ex auro et argento est. In electro
 dum aure et argentum miscet.
 argentum ad claritatem crescit.
 aurum uero a suo fulgore pal
 lescit; Illud ad claritatem proficit.
 hoc a sua claritate temperatur;
 Quia igitur in unigenito dei filio.
 naturae diuinitatis unita est
 natura nostra. in qua ad unatione
 humanitas in maiestatis gloria
 excreuit. diuinitas uero sui ful
 goris potentia. humanis se ocu
 lis temperauit. pro hoc quod huma
 na creatura clarior facta est. qua
 si per aurum creuit argentum.
 Et quia diuinitas a fulgore suo
 non est aspectibus temperata
 quasi aure nobis palluit
 per argentum; Illa enim natu
 ra immutabilis quae in se ma
 nens in nouat omnia. si ita ut
 est. nobis apparere uoluisset.
 fulgore suo nos incenderet po
 tius quam renouaret; Sed
 claritatem suae magnitudi
 nis. temperauit nostris oculis deus.
 ut dum nobis eius claritatem

peratur. etiam nra infirmitas.
 per eius similitudinem. in eius luce
 claresceret. et acceptam gratiam
 ut ita dicam. suae habitudinis
 colorem mutaret; Quasi elec-
 trum ergo igne e. dicitur homo
 factus in persecutione; SEQUITUR;
 Et in medio eius. similitudo qua-
 tuor animalium; Quod in me-
 dio eius dicitur. siue ignis. nihil
 obstat intellegi. quia quatu-
 or haec animalia. scilicet
 euangelistae. et eiusdem dñi
 incarnatione. ad fidei iustu-
 tem solidati sunt. & in igne
 persecutionis. multis tribulati-
 onibus afflicti; Quod si quis
 haec quae de primo dñi aduen-
 tu diximus. etiam de secundo
 uelit accipere. celeri assensu
 sequendus est; Quia sepe p-
 phetiae sps. in uno quod lo-
 quitur. multa simul intuetur;
 Ventus enim turbinis ab aquilo-
 ne uenit. quam nimis causa
 peccatorum exigit. ut distric-
 ti iudicii concussio. omnia
 simul elementa perturbat;

Terror enim perturbationis ultimae.
 inde uenire dicitur. unde generat;
 Nam quia ad feriendas frigidas pecca-
 torum mentes. uidebatur perturba-
 tionis ultimae agit. rectae ab a-
 quilone uentus turbinis dicitur.
 quia in illa die. cum torum qui
 tunc in carne mortali inuenti
 fuerint. in pauore nimio corda
 commouebuntur; Cum enim
 coeperit impleri quod scriptu-
 est. sol obscurabit. et luna non
 dabit lumen suum. et stellae
 cadent. de caelo in terram. et
 iusti caelorum commouebuntur.
 quae mens erit hominis aeterni
 iudicis sententiam non formi-
 dantes; Ibi enim tunc simul cum
 ta peccata ante oculos redeunt.
 Ibi omnia quae cum delatione
spiritualis impetus palliat. et quod
carnaliter facit. mentitur sibi ipsa
cogitatio. quia hoc spiritualiter fa-
ciat. Nam sepe quis ita curie
stimulis uictus. contra delinquen-
tes. hēlo ulciscēte iustitiae. plus
quam necesse est inflammatur.
et iustitiae. limitem in uultione
transiens. agit crudeliter. quod
se agere iuste. suspicatur. Impetus
igitur carnis. hoc sub specie sps uela-
tus est. quando et hoc quod iuste
agi creditur. sub discretionis mo-
deramine non tenetur. Et sepe ali-
us nimiae mansuetudini studens.
subiectorum uitia aspiciit atq. hec
perferuorem. hēlo corrigere recusat.

quae in eis crudeliter non corri-
 gendo multiplicat. Fitque ut eius
 lenitas et sibi sit et subiectis inimica
 quia torporem mentis suae paci-
 entiam deputat per carnis spm
 ab impetu sps elongat. Prima
 ergo nos cogitatio in requisitione
 pni cordis debet excutere ne ad
 quaedam quae agimus per pestu-
 carnis impetum ducatur ne pra-
 uis delectationibus animu seduc-
 tus mala esse cognoscat. et tamen
 faciat. Secunda uero nos cura de-
 bet uigilantes reddere ne se impu-
 tus carnis quasi sub impetu sps
 latenter subiciat. et culpas quas
 agimus nobis iustitias fingat.
 Sciendum uero est quia grauior es
 culpa sunt quae super ducta
 specie iustitiae imitantur. quia
 ille in aperto cogitans animum in
 confusione deiciunt atque ad poe-
 nitentiam trahunt. Iste uero non
 solum in poenitentia non humili-
 ant. sed etiam mentem operantis
 eleuant. dum iustitias putant.
 hoc autem quod de bestiis animalibus
 dictum superius fuerat ut altius

confirmetur. iterum replicatur.
 Non reuertebantur cum ambularet.
 Quia electi quique sic ad bona ten-
 dunt. ut ad mala perpetuanda
 non redeant. Qui enim perseue-
 rauerit usque in finem hic sal-
 uis erit. Et sicut per salomone
 dicitur. Iustorum semita qua-
 si lux splendens pcedit et crescit.
 usque ad perfectum diem.
 In eorum namq animo bonum
 desiderium atq intellectus lu-
 cis utique iam pars dei est. Sed
 quia usque ad finem uitae in
 iustitie pficiunt ad perfectum
 diem. Tunc ueniunt. quando
 ad regna caelestia perducti in
 ea luce quam desiderant. iam min-
 aliquid non habebunt. SEQUITUR.
 Et similitudo animalium aspectus
 eorum quasi carbonum ignis
 ardentium. et quasi aspectus
 lampadum. Aspectus anima-
 lium carbonibus ignis arden-
 tibus atque lampadibus compara-
 tur. Quisquis carbonem tangit
 incenditur. quia quis uim ad-
 haeret. ex eius assiduitate uisionis

usu locutionis exemplo operis ac
cepit. ut accendatur in amore ueri
tatis. peccatorum suorum tene
bras fugiat. in desiderio lucis ex
ardescat. etiam puro amore ar
deat. qui prius in iniquitate tan
to mortuus. quanto frigidus ia
cebat. Lampades uero lucem
suam longius spargunt. et cum
in alio loco sunt. in alio resplendent.
Qui enim spiritu prophetae uerbo doctri
nae miraculorum pollet gratia
huius optimo longe latiusque ut
lampas lucet. Et quique bona
eius audiunt. quia per haec
ad amorem caelestium surgunt.
in eo quod bona opera exhibent.
quasi ex lampadis lumine re
splendent. Quia ergo sancti uiri quos
dam iuxta se positos. quasi tan
gendo. ad amorem patrie caele
stis accendunt. carbonem sunt.
Quia uero quibusdam et longe
positis lucent. eorum itinere.
non in peccati sui tenebras cor
ruant. lampades fiunt. hoc
uero inter carbonem. et lampades
distat. quod carbonem ardem

quidem. sed eius loci in quo iace
runt. tenebras non expellunt.
Lampades autem. qui magno flam
marum lumine resplendent.
diffusas circum quae tenebras ef
fugant. Quam re notandum e
quia sunt. plerique sanctorum ita
simplices et occulti. se seque in
locis minoribus sub magno silen
tio contegentes. ut uix eorum
X uita ab aliis possit agnosci. Quid
itaque istiusmodi carbonem sunt.
Qui etsi per feruorem spiritus ardorem ha
bent. tamen exempli flammam
non habent. nec in alienis cordi
bus tenebras peccatorum uincunt.
qui uitam suam omnino sciri fu
guunt. sibi uero quidem ac
censi sunt. sed alius in exemplo
luminis non sunt. hi autem
qui exempla iustitum prerogant
et lumen boni operis. per uitam
et uerbum itinerantibus demon
strant. uere lampades appellan
tur. quia et per ardorem desiderii
et flammam uerbi a peccatorum
cordibus erroris tenebras repellunt.
Qui igitur in occulto bene uiuit.

sed alieno profectum minime proficit
carbo est. Qui uero in imitatione
scitatis positus. lumen ex se recti
tudinis multis demonstrat.
lampas est quia et sibi ardet et
aliis luget. SEQUITUR

Et haec erat uisio discurrens in me
dio animalium. splendor ignis
et de igne fulgor egrediens. Splen
dor ignis. et de igne fulgor egredi
ens. in medio animalium discur
rens uideatur. quia et nisi ab igne
ueritatis. pennata illa animalia
calorem susciperent. ipsa carbo
num atque lampadum simili
tudine non arderent. Ignis enim
nomine sps scs figurari solet.
O equo in euangelio dñs dicit. Ignem
ueni mittere in terram. et quid
uolo nisi ut accendatur. Cum
enim carnalis mens. spm scm
accipit. spiritali amore succensa
malum plangit et quod fecit. Et
terra ardet. quando accusante
se conscientia. cor peccatoris uri
tur. atque in dolore poenitentiae
crematur. hinc rursum scriptum
est. Os tuus ignis consumens est.

Quia enim mentem quam reple
uerit. tam a peccatorum
mundam reddidit. creator nō
cignis dicitur et consumens.

Sps ergo scs in medio animalium
splendor ignis. et de igne fulgor
egrediens discurrens dicitur.
quia uniuersam ecclesiam re
plens in electorum cordibus.
ex se ipso ferat. et ad amorem su
um corda torpentia accendat.

*Flamma amoris
pice ut ex timo
re p terrorem*

Sed quia sps scs ds ante saecula
pater et filio coeternus. quaten
dum nobis e cur discurrens dicit.

Omnis enim qui discurrit. acce
dit ad locum in quo non fuit.
et uenit desertum in quo fuit.

Quia igitur ratione discurrens.
spm dicamus. dum cuncta in
tra ipsum sunt. et locus num
quam desit. ubi non sit. Sicut
scriptum est. Sps dñi repleuit
orbem terrarum. Et tamen
cum laus sapientiae describeret
adiunctum est. Est enim illa
sps. intellectus. Scs. unicus. sim
plex. subtilis. mobilis. & pau
lo post. humanus. stabilis.

in quibus rursum uerbis magna
nobis questio oritur. cur iste
sp̄s. qui implet omnia simul mo
bilis et stabilis dicatur. Sed si
ad usum consuetudinis huma
nae recurramus. sensum et uis
loquentis inuenimus. Ho
mo quippe quia in ea regione
in qua est. ibique discurre
p̄cul dubio ubique obuia in
uenit. et repente. ubi non
graditur. inuenitur. Om
nipotentis ergo sp̄s. ut ubiq̄
presentia signaretur. simul
et mobilis et stabilis dicitur.
Stabilis quia per naturam om
nia continet. Mobilis autem
dicitur. quia ubique etiam
nescientibus occurrit. Tenens
ergo omnia stabilis. presente
se omnibus exhibens mobilis
appellatur. Splendor ergo
ignis. et de igne fulgor egredi
ens. inter peccata animalia dis
curre. quia sp̄s sc̄s simul sin
gulis atque omnibus prestō
fit. et incendit quos tetigerit.
Illuminat quos incendit. ut

post frigus pristinum
accensit ardeant. et per ignem
amoris quem acceperint. flam
mas ex exemplorum reddant.
Fulgor quippe de hoc igne egre
diens. torpentes mentes p̄cutit.
easque percuciendo excitat.
et inflammat. ut post amorem
illius ardentes pariter et lucen
tes currant. Unde alias scrip
tura est. Tronus eius flamma
ignis. Rote eius accensus. hiem
quam animarum custodes sunt.
et p̄asci. ^{end} gregis onera susceperunt.
mutare loca minime permit tan
tur. Sed quia in uno loco po
siti diuinitatis in se presentia
postant. et ardent. tronus di
flamma ignis dicitur. hi autē
quam amore dñi in predicatione
discurrunt. rote eius ignis ar
dens sunt. quia ex eius desiderio
per uaria loca discurrunt. unde
ipsi ardent. et alios accendunt.
Potest tamen discursus atq̄ mo
bilis sp̄s. requisitione alterius
considerationis intellegi. In seo
rum quippe cordibus. iuxta

quasdam iustitias semper per-
 manet iuxta quasdam uero recessus
 surus uenit et uenturus recedet.
 In fide etenim spe et caritate et in
 bonis aliis sine quibus ad caeleste
 patriam non potest perueniri
 sicut est humilitas castitas iusti-
 tia atque misericordia. Perfecto-
 rum corda non deserit. In propheta
 uero iustitie doctrine secunda
 miraculorum exhibitione electis
 suis aliquando adest aliquando
 se subtrahit. Adest ut eleuentur
 et semetipsum subtrahit ut humi-
 lilitur. Adest ut eos ostensa
 iustitie glorificet. Recedit ut
 semetipsos subtrahat eius iustu-
 te cognoscant. Adest ut osten-
 dat quod in ipso sunt. Recedit
 ut pate faciat qui uel quales
 remaneant sine ipso. In his itaq;
 iustitiis sine quibus ad uitam
 minime puenitur. sed sps in
 electorum suorum cordibus pma-
 net. In his uero p quas senten-
 tias iustus ostenditur. aliquando
 aliquando misericorditer psta
 est. et aliquando misericordit

recedit. Discurrens ergo et mo-
 bilis sps dicitur. quia insignis
 atque iustitiis iuxta unius
 cuiusque uotum continue non
 habetur. Bene autem in ista ani-
 malia discurrens perhibetur.
 O seu^{sius} quippe ad celeritatem
 pertinet. Perfectus autem dis-
 currit sps. quia etsi ab eorum
 corde ad momentum recesserit
 citius redit. SEQUITUR.
 Et animalia ibant et reuerteban-
 tur in similitudinem fulgo-
 ris coruscantis. Cum superius
 dictum sit non reuertebantur
 cum ambularent. quare tunc
 nunc dicitur. Et animalia
 ibant et reuertebantur. Val-
 de sibi haec uidentur esse con-
 traria qui ibant et non reuerteban-
 tur. ibant & reuertebantur.
 Sed qualiter intellegendum
 sit. citius cognoscimus. si duas
 uitas actiuam scilicet et con-
 templati^{uam} sollerter discerna-
 mus. In una enim fixi mane-
 re possumus. in altera autem
 intentam mentem tenere

nullomodo ualemus. Cum
enim torporem iam delinqui
mus nosque ipsos ad bonae ope
rationis studium excitamus
quo alibi nisi ad actiuam inuis
aqua reuerti post nos nullomo
do debemus. Quia ^{qu} post illa
ad torporis negligentiam ad
prauitatis nequitas quas re
liquet redit. ecce sine dubi
o caeleste animal nescit. Cu
uero ab actiua ad contempla
tiua surgimus. qui ad ui
uentis stare in contemplatio
ne non ualet. sed omne quod
de eternitate per speculum
in enigmate conspiciat. quasi
furtim hoc et per transitum
uidit. Ipsa sua infirmitate
ab immensitate tante celsitudi
nis animus repulsus in semetip
so relabitur. Et necesse est. ut
ad actiuam redeat. sed que ipsu
continue in uisus bone operatio
nis exerceat. ut cum mens surge
re ad contemplanda caelestia
non ualeat. queque post bona age
re non recusat. Si tunc fit. ut

ipsis suis bonis actibus adiuta
rursus ad contemplationem sur
gat. et amoris passum de pabulo
contemperate ueritatis accipiat.
In qua quia diu se tenere ipsa cor
ruptionis infirmitas non po
test. ad bona rursus opera redi
ens suauitatis di memoria pas
citur et fortis pius actibus inuis
uero scis desideris nutritur.
hinc etenim de perfectis uitis p
contemplationem suam rede
untibus dicitur. Memoria
suauitatis tuae et uictabunt.
Dulcedinem quippe suauitatis
intimae. quia ut eum et pos
sunt. uelut quodam torusco
praegustando tangere. eius
memoriam student recolendo
semper et loquendo et uictate.
Unde et apostolus nos psalmista ad
monet dicens. Lux orta est iusto.
et rectis corde laetitia. Laetami
ni iusti in domino et confitemini
memoriae sanctificationis eius.
Qui rursus ait. Quam magna
multitudo dulcedinis tuae domine.
quam abscondisti timentibus te.

Quae uidelicet quia magna essent
nullomodo agnosceret. nisi hanc
aliquatenus contemplando gustas-
set. hunc uerum dicit. Ego dixi
in ekstasi mea. proiectus sum a uul-
tu oculorum tuorum. Nisi
enim in mentis excessu subleua-
tus dulcedinem suauitatis aeter-
ne cognouisset. in hoc ad huc
mundo retentus non discerneret
quam longe proiectus iaceret.

Ostensa ergo animalia uadunt et non
reuertuntur. atque uadunt &
redeunt. quia scilicet uiri et ab acti-
ua uita quam apprehenderunt
ad iniquitates non currunt. et de
contemplatiua quam tenere
iugiter non possunt in actiuam
relabuntur. Sicut enim dictum est.

Ipse infirmitatis suae pondere de-
uicti ad semetipsos repulsi rede-
unt. ut euntes discant quid de-
siderent. et reuertentes ubi iace-
ant sciunt. Euntes intellegant
ubi nondum sint. reuertentes
quid sint. Sed equaliter scilicet haec
animalia recteant demonstratur.
Cum subditur. In similitudine

fulguris coruscantis. Bene autem
reuestentia animalia coruscan-
ti fulguri comparantur. quia
scilicet uiri cum ad superna conte-
planda euolant. cum primi-
tias suis spiritus in caelesti amore
ligant. sed grauiati humanae
conuersationis pondere ad se-
metipsos redeunt. bona caelestia
quae saltim per speculum con-
templari potuerunt fratribus
denuntiant. Eorumque ani-
mos in amore intimae clarita-
tis accendunt. quam nec uide-
re sicut est. nec loqui preualent
sicut uidentur. Loquentes
autem uerbis suis corda audien-
tium ferunt et incendunt.

Quasi ergo fulgur coruscans rede-
unt. cum caelestia loquuntur.

Quia per eos supernum lumen in-
uermicat. ad amorem caelestis
partis mentes audientium
inflammant. More itaque
cuiuscumque fulguris cum lo-
quendo percipiunt. ignem
spiritualis desiderii spargunt.
Alio quoque modo scilicet animalia

uadunt et redeunt. Uadunt enim cum ad intimandam caelestis doni gratiam in predicationem mittuntur. atque ut ad fidem trahant mira cora infidelibus faciunt. Sed redeunt quia haec omnipotentis domini iustitiae tribuentes sibi in se ipsis quid fecerint non scribunt. Cum enim stupenda faciunt fulgur sunt quia corda intuentium concutiunt. terrent. illuminant. et accendunt. Unde scriptum est. In lumine iacula tua ibunt. in splendore fulguris armorum tuorum. Iacula domini sunt uerba sanctorum quae corda peccantium ferunt. sed ista iacula habent arma. Scitis fratres karissimi quia preliatores ueni iacula mittunt armis uerorum mununtur. Oum ^{ergo} uerbis addunt miracula quasi armis se mununt. ne ipsi feriant. In lumine iacula tua ibunt. quia in aperto exeunt uerba dei. Sed quia comitari debent. et sententias dictorum facta miraculo

rum. recte subiungitur. In splendore fulguris armorum tuorum. quia dum addes eis arma miraculorum. mentes persequentium fulgurant. ut eos persequi non presumant. haec itaque animalia uadunt et reuertuntur in similitudinem fulguris coruscantis. quia postquam mira se inter homines faciunt. postquam corda audientium sparsolumine incendunt. addendam auctori suo gloriam redeunt. ut illi laudem reddant. per quem se posse talia sciunt. Sic petrus cum sanato homine qui claudus ex utero matris suae fuerat. si igni fecit quod omnes qui cognoscerent admirarentur. dixit. Quid miramini in hoc aut nos quid intuemini. quasi nostra iustitiae aut pietate fecerimus hunc ambulare. Os abraham dei isaac. dei iacob. dei patrum nostrorum glorificauit filium suum ihesum. & paulo post. In fide nominis eius. hunc quem uidetis et nostris confirmauit nomen

eius. Signum quippe faciens in
 tuentium oculos miraculi lumi
 ne perstrinxit. sed humilitatem
 custodiens. et laudem auctori red
 dens. quasi unde uenerat rediit.
 quia lux fulguris unde fuerit
 ostendit. Sicut itaque animalia cum
 ad signa operanda ueniunt. et
 cum ad reddendam auctori suo
 gloriam. intus a pud semetipsa
 redeunt fulgur sunt. quia et osten
 dendo miracula. et exempla humi
 litatis prebendo. mentes seruiunt
 et incendunt. In hominibus autem quod
 faciunt. idcirco semper ad laudem
 creatoris redeunt. ut in ea uirtu
 te quam accipiunt. uera stabili
 tate persistant. Nam si quid sibi
 tribuerent. in hoc quod accepe
 rant. stare non possent. Unde
 bene etiam per salomonem dicitur.
 Ad locum de quo exeunt
 flumina reuertuntur. ut iterum
 fluent. Sicut enim in uirtutibus
 seu in doctrina. quid aliud sunt
 scilicet uirtus quam flumina. quae
 tam cordis carnalium aridam
 rigant. Sed siue in operatio

ne quam faciunt. seu in doc
 trinae uerbis citius siccaren
 tur. nisi per uirtutem cor
 dis semper sollicitè ad locum
 de quo exeunt redierint.
 Si enim introitus ad cor non rede
 ant. ac se se in amore conditoris
 desideriorum uinculis non strin
 gant. et manus ab eo quod age
 bat defecit. et lingua ab eo quod
 loquebatur arefcit. Sed intus
 semper per amorem redeunt.
 & hoc quod in publico operantes
 atque loquentes fundunt in
 secreto suo de fonte amoris hau
 riunt. Amando enim discunt
 quod docendo proferunt.
 Ad locum ergo de quo exeunt
 flumina reuertuntur. ut iterum
 fluant. quia aqua sapi
 entiae uide semper hauri
 unde artur. et iterum eundem
 iterum exsiccat. Per orationem
 enim quod agimus. ad fontem
 ueri luminis sollicita mente
 redeamus. Reddamus creato
 ri nostro gratias de bonis quae
 accepimus. et que cum saia

ppheta suppliciter dicamus.
Omnia opera tua operatus es nob
Bonanostra eius sunt opera cui
us uisceribus non sufficit. ut
nos erigeret nisi et semetipsu
p nobis inclinaret. Si enim
coeternus patris ante secu
la non fieret homo in tempo
re. quando homo temporalis
saperet aeterna. Descensio
ergo ueritatis. ascensio facta est
humilitatis nrae. Demus e glo
riam. demus laudem. qui ui
uit cum patre in unitate sps
sci ds per omnia secula saecul
lorum amen.

INCIPIT OMELIA

SIXTA

TENEBROSA AQUA
IN NUBLIBUS AERIS. QUIA
obscura est scientia in pphetis.
Sed salomonis uoce attestante
didicimus. Gloria regum cae
lare uerbum. et gloria est di
inuestigare sermonem. Quia
et gloria di est. mysteria sermo
nis eius aperire. Ipsa autem
& gloria est hominū ex secretis
abscondere.

perseueritas discipul dicit.
quod dico uobis in tenebris. dicite
in lumine. Idest ^{aperte} exponue.
quae in allegoriarum obscuri
tibus auditis. Magnae ue
ro utilitatis est. ipsa obscuri
tas eliquorum di. quia exercet
sensum ^{ut} fatigatione dilatetur.
Exercitatus accipiat. quod capere
non possit otiosus. Habet quoq
adhuc maris aliud. quia scrip
turae sacre intelligentia. quae
si incunctis esset aperta ulesce
ret. In quibusdam locis obscurio
ribus tanto maiore dulcedine
inuenta reficit. quanto maio
ri labore. fatigat animum. quae
sita. Ecce enim sci ezechielis
nunciuoce dicitur. Cumque
aspicerem animalia apparuit
rota una in terra. Quid aut
rota nisi sacram scripturam
signat. Quae ex omni parte
ad adiutorium mentis uolui
tur. et nullo erroris angulo
a predicationis suae uia retine
tur. Ex omni autem parte
reuioluitur. quia in uersa

et prospera et recte et humiliter
 incedit. circulus quippe prae-
 ceptorum illius modo sursum
 modo deorsum est. quia ipsa
 quae perfectioribus spiritaliter
 dicuntur. infirmis iuxta literam
 congruunt. Et ipsa quae paruuli
 iuxta literam intellegunt. doc-
 trinae per spiritali intellegen-
 tiam in altum ducunt. Quis
 namque paruulorum. in factis
 esau et iacob. quod alter adue-
 nandum mittitur. ubi bene di-
 cat. alter uero per suppositio-
 nem matris a patre benedicitur.
 nisi iuxta sacre lectionis histori-
 am. pascitur. In qua uidelicet
 historia. ^{ad} intellectum paulo
 subtilius astringitur. uidet
 quia iacob primogeniti benedic-
 tionem. ioseph per fraudem subri-
 puit. sed ut sibi debitam accepit.
 quam concedente fratre. date-
 lentis mercede emerat. At uero
 si quis altius sentiens aut torumq.
 facta uelit per allegoriae arca-
 na de uere. protinus ab histo-
 ria ad mysterium surgit. Quidē

enim quod isaac de maioris
 filii sui uenatione uesci concu-
 piscit. Nisi quod omnipotens deus.
 iudaici populi bona opera-
 tione pasci desiderat. Sed illo
 tardante. minorem rebecca
 subposuit. quia dum iudaicus
 populus bona opera fortis que-
 rit. gentilem populum mater
 gratia instruxit. Ut omnipo-
 tenti patri cibum boni operis
 offerret. et benedictionem ma-
 ioris fratris acciperet. Qui eos
 cibos ex domesticis animalibus
 prebuit. Quia gentilis popu-
 lus placere deo de exterioribus
 sacrificiis non querens. per uoce
 prophete dicit. In me sunt de-
 uota tua quae reddam laudatio-
 nes tibi. Quid est quod isae
 manus iacob aut brachia et
 collum hedinis pellibus texit.
 Nisi quod hedus pro peccato offer-
 ri consueuit. et gentilis popu-
 lus. captus quidem in semecta
 uit desideria. sed cooperatum
 se peccatis carnalibus non eru-
 buit. Quid est quod uestimtis

maioris status induitur. nisi
quod sacre scripturae precep-
ta ^{us} maiori populo data fue-
rant. in bona operatione uesti-
tus est. Et in minor in domo
uitur. quae maior foris exi-
ens intus reliquit. Quia illa
gentilis populus precepta te-
net in mente. quia iudaicus
populus habere non potuit.
dum solam in eis litteram ad-
tendit. Et quod est quod isaac
eundem filium nescit quem
benedixit. nisi ^{hoc} quod de gentili
populo dñs per psalmistam dixit.
Populus quem non cognoui serui-
uit mihi. ob auditu auris ob-
audiuit mihi. Quid est quod
presentem non uidit. et tamen
quod ^{de} ei in futuro ueniant ui-
dit. nisi quod omnipotens deus eum
prophetas suos predicaret. genti-
litatem per gratiam non uidit.
Quia tunc in errore dereliquit.
et tamen quia hanc quandoque
collecturus erat. per benedic-
tionis gratiam praeuidit.
Unde iacob gentilis populi

.iii

figuram tenent. in benedictio-
ne dicitur. Ecce odor filii
mei sicut odor agri pleni. cui
benedixit dñs dñs. Sicut ^{enim} in
euangelio ueritas dicit. Ager
est hic mundus. Et terra gen-
tilis populus ad fidem perducet
per doctos suos in uniuerso
mundo uisitibus redolet.
odor filii odor est agri pleni.
Aliter nanque olet flos uuae quia
magna est uisus et opinio predica-
torum. qui iebriant mentes
audientium. Aliter flos oliuae
quia suauis est opus misericor-
diae. quod more olei resouet
et lucet. Aliter flos rosae quia
magna est fragrantia. que rutilat
et rodet ex quoque mastixum.
Aliter flos lilii quia candida uita
est carnis. de corruptione uir-
ginitatis. Aliter flos uiolae
quia magna est uisus humili-
tatis. qui ex desiderio loca
ultima tenentes se pre humili-
tate terrae in altum non sub-
leuant. et in caelestis regni pur-
puram in meo te seruam.

Anier redolet spica dum ad ma-
 turitatem perducitur. quia
 bonorum operum perfectio ad
 facietatem eorum qui iustitiam
 esurunt preparatur. Qui ergo
 gentilis populus in electis suis
 ubique per mundum sparsus est.
 etis uirtutibus quas agit.
 omnes qui intellegunt. odore
 bonae opinionis replet. dicatur
 recte. Odor sibi mei sicut odor
 agri pleni. Sed quoniam eas-
 dem uirtutes ex se metipso non
 habet adiungit. Cui benedixit
 dominus deus. Et quo isdem elector
 populus per quosdam etiam in con-
 templationem surgit. per quos-
 dam uero in actus uitae solum
 modo opera pinguescit. recte illic
 additur. Det tibi dominus de rore
 caeli. et de pinguedine terrae.
 ros enim de super. et subtiliter
 cadit. et totiens de rore caeli acci-
 pimus. quotiens per infusionem
 contemplationis intimae. de
 superius aliquid tenuit uide-
 mus. Cum uero bona opera
 etiam per corpus agimus. de terrae

pinguedine ditamur. Quid
 est autem quod esau ad patrem
 redit. nisi quod iudaicus
 populus ad placendum domino
 seculo reuertitur. Cui et hoc
 in benedictione dicitur.
 tempusque erit cum solatur
 iugum decollo eius. quia
 a seruitute peccati iudaicus
 populus in fine liberabitur.
 Sicut scriptum est. Donec
 plenitudo gentium introi-
 ret. et sic omnis israhel saluus
 fiet. Quem non paruulorum.
 ipsa euangelica hystoria
 in miraculi operatione testi-
 cat. quod ydrias uacuas
 dominus aqua impleri precepit.
 eandemque aquam per totum
 in unum uertit. Sed haec
 uigilantiores ingenii audi-
 unt. et factam hystoriam cre-
 dendo uenerantur. quid
 interius inuolat requirunt.
 Qui enim mutare aquam
 in unum potuit. etiam
 uacuas ydrias. ualuit uino
 statim replere. Sed implere

hydrias aqua uibet. quia pri-
us perfectae lectionis hysto-
riam. corda nra replenda sunt.
Et aquam nobis inuinum
uerit. quando ipsa hystoria
per allegoriae misterium. in
spiritalem nobis intelligenti-
am commutatur. Rota ergo
quasi per terram trahitur.
quia paruulis humili sermo-
ne concordat. et tamen magnis
spiritalia infundens. quasi
circulum in altum leuat.
Et inde fursum erigitur. un-
de terram tangere paulo ante
uidebatur. Quia uero undiq-
aedificat. quasi per circulum
rota currit. Unde in lege
scriptum est. Facies et can-
delabrum de auro mundissi-
mo. hastile eius et calamos
serphos et sperulas. ^{et} lilia ex
ipso procedentia. Quis in can-
delabro. nisi redemptor huma-
ni generis designatur. Quia
in natura humanitatis inful-
sit lumen diuinitatis. ut
mundi candelabrum fieret.

quatenus in eius lumine. om-
nis peccator in quibus iacetet
tenebris uideret. Qui pro eo qd
naturam nram sine culpa sus-
cepit. candelabrum ex auro
purissimo ^{fieri} uibetur. quia et
redemptor nri. qui ex ^{con}ceptio-
ne et natiuitate. perfectus ds
et homo extitit. passionum do-
lores pertulit. et sic ad resurrectio-
nis gloriam peruenit. Ex auro
mundissimo ductile candela-
brum fuit. quia peccatum non
habuit. et tamen eius corpus.
per passionis contumelias ad
immortalitatem perfectit.
Nam iuxta uirtutes animae.
quod percussioibus potuisset
perficere. omnino non habuit.
In membris autem suis quae
nos sumus. cotidie percussio-
nibus perficit. quia dum nos
tundimur et afficimur. ut eius
corpus esse mereamur ipse p-
ficit. De cuius corpore scriptum
est. Ex quo totum corpus p-
nexus et coniunctiones sub-
ministratum. crescit in augm-

tum di. Corpus quippe illius
 nos omnes sumus; per nexus ue
 ro et coniunctiones. corpus liga
 tur. quia dum capiti pectus.
 dum pectori brachia. dum bra
 chis manus. digiti manibus
 sunt con^uincta. ac membra cete
 ra membris inherere. corpus
 omne perficitur. Sicut sci aposto
 li. quia redemptori nro p^{ro}pinqui
 extiterunt quasi pectus capiti
 inhaesit. Quos qu^{idam} martyres
 sunt secuti. quasi coniuncta bra
 chia pectori fuerunt. Quibus
 dum pastores et doctores subiunc
 ti sunt. per bona opera manus
 brachis inhaeserunt. Hoc uero
 omne corpus redemptori nro
 cottidiae per nexus et coniunc
 tiones subministratur in caelo.
 quia cum ad eum illuc electe
 animae perducuntur. et mem
 bra colligantur. De quo bene
 dicitur. Subministratum et
 constructum. crescit in augmen
 tum di. quia di omnipotens
 redemptor noster quid in se p
 ficiat non habet. adhuc p mem

bra sua cottidie augmentum
 habet. Unde rursus scriptum
 est. Donec occurramus om
 nes in uirum perfectum.
 in mensuram aetatis plenu
 tudinis xpi. hastile uero eius
 dem candelabri. ipsa ecclesia
 debet intellegi quae corpus
 eius est. quia in ter tot aduersa
 libera stat. Calami autem
 quidam hastile prodeunt. pre
 dicatores sunt. qui dulcem
 sonum in mundo ediderunt.
 uidelicet canticum nouum.
 Scyphi autem uino repleri
 solent. Quid autem mentes
 auditotum. nisi scyphi sunt.
 Quae scis predicatoribus uino
 scientiae replentur. Sperula
 autem quid est aliud nisi
 uolubilitas p^{ro}dicacionis.
 Spera etiam in omni parte
 uoluitur. Et predicatio quia
 nec aduersitate retineri
 potest. non p^{ro}sp^{er}itatibus
 deuiatur. Spera est. quia et
 inter aduersa fortis. et inter
 p^{ro}spera humilis. nec timoris

habet angulum. nec elationis.
In cursu ergo suo insigi non ua-
let. quia percunctase uolubi-
ter trahit. Ut autem hoc quod
exempli causa protulimus ex-
quamur. bene post calamos
serpulos et sperulas. incandela-
bro lilia describuntur. quia
post eum quam diximus p-
dicationis gratiam atq. uolu-
bilitatem. illa uixens patria
sequetur. Quae animabus
scis. id est floribus uernat
aeternis. Sperulae ergo ad la-
borem pertinent. lilia ad re-
tributionem. Itaq. sicut apud
mosen. sperula doctrina p-
dicationis accipitur. ita hic
per rotam. ipsa sacra scriptura
signatur. Propheta igitur
dum scia animalia uideret
adiunxit. Rota una super
terram. Quante quaeren-
dum e. cum inferius rote
describantur. cur una rota
prius apparuisse dicitur.
nisi quia antiquo populo
uetus solummodo testamen-

tum datum est. quod ad eru-
diendam mentem illius.
quasi rota uoluitur. Bene
autem rota eadem. super
terram apparuisse dicitur.
Peccanti enim homini dictum
est. Terra est eum terra ibi
Rota ergo super terra apparu-
it. quia ds omnipotens. lege
super corda peccantium de-
dit. Sed quia haec pennata
animalia. scos uidiimus euan-
gelistas designant. quomodo
prius animalia. et postmodum
rota una aspicitur. dum ante
testamentum uetus fuerit.
et postmodum scia euangeliste
secuti sunt. Sed intellegere
in his possumus. quod illi pri-
us propheta uisi sunt. qui meri-
to transcendunt. Nam quan-
tum scia euangelium testam-
tum uetus precellit. tanto et
p-
dicatores. descriptione p-
phetia p-
ferri debuerunt.
Quamuis sit adhuc aliud quod
in hac descriptione considerari
debeat. quia p-
phetiae sps sic

in ita semetipsum anteriora
 et posteriora simul colligit.
 ut haec simul prophetia lingua
 profertur non possit. Sed ampla
 quidem licet dispersis ser-
 monibus emanat. et nunc
 ultima post primam. nunc
 uero prima post ultimam
 loquitur. Unde ezechiel pro-
 pheta sub figura sc̄ae uniuers-
 salis ecclesiae. euangeliorum
 gloriam. per quatuor anima-
 lium similitudinem uidet.
 et tamen repente illic sub iun-
 git. quae anterioribus tempo-
 ribus gesta sunt. ut patenter
 indicet. simul se uidisse. quod
 carnis lingua non sufficeret
 simul dicere. Quia uero per
 quatuor animalia. etiam per-
 fectos omnes significari dixi-
 mus. considerandum nobis ē.
 quosdam sanctorum et ante lege
 fuisse. qui naturali lege distric-
 te uiuerent. et omnipotenti
 dō placerent. Post animalia
 ergo rota describitur. quia elec-
 torum multi apud omnipoten-

tem dñi perfecti. Ante lege
 fuerunt. Si uero ut dixim.
 animalia solos euangelistas
 debemus accipere. est adhuc
 aliud quod considerare de-
 bemus. Uidebat enim sc̄s
 prophetia. quia haec ipsa uer-
 ba quae obscuritatibus ob-
 uoluta proferebat. non iudaico
 populo sed gentilibus pan-
 derentur. Nobis igitur loquens
 prius animalia. et post rotam
 describere debuit. quia nos
 ad fidem dño largiente ueni-
 entes. non per legem euangelium.
 sed per sem euangelium lege
 didicimus. Ubi uero uel
 qualis rota apparuit. adiun-
 git. cum dicit. Iuxta ani-
 malia habens quatuor facies.
 Ubi adhuc subditur. Et aspectus
 rotarum et opus earum. quia
 si uisio maris. et una similitu-
 do ipsarum quatuor. et aspectus
 earum et opera. quasi sit
 rota in medio rote. Quid ē
 hoc quod cum una diceretur
 rota. paulo post adiungitur

quasi sit rota in medio rotae
Nisi quod in testamenti uete-
ris littera testamentum no-
uum latuit per allegoria.
Unde et rota eadem quae iux-
ta animalia apparuit. uii^{or}
facies habere describitur.
quia scriptura sacra per a
testamenta in quatuor par-
tibus est distincta. Uetus
etenim testamentum in
lege et prophetis. Nouum
uero. in euangelis atq. aposto-
lorum actibus et dictis.
Scimus autem quia ubi faci-
em intendimus. ibi quod
necesse est uidemus. Rota
ergo quatuor habet facies.
quia prius reseranda ma-
la uidit in populis per lege.
postmodum uidit per p
phetas. subtilius uero per euan-
gelium. Ad extremum aut
per apostolos ea quae in cul-
pis hominum reserarent.
aspexit. Potest quoq. in-
tellegi. quod quatuor
facies rota habeat. ppter

hoc quod scriptura sacra
per gratiam p̄dicationis
extensa in quatuor mun-
di partes innotuit. Unde
et bene eadem rota una pri-
us iuxta animalia apparu-
isse. et postmodum quatuor
facies habuisse describitur.
quia nisi lex euangelio con-
cordaret. in quatuor mun-
di partes non innotesceret.
SEQUITUR. Et aspectus
rotarum et opus earum
quasi uisio maris. Recte
sacra eloquia uisio maris si-
milia narrantur. quia in
his magna sunt uolumina
sententiarum. moles sensuum.
Nec in merito mari similis scri-
ptura sacra dicitur. quia
infirmatur sententia locu-
tionis. sacramento baptisma-
tis. Uel certe considerandum
est. quia nauibus in mari na-
uigamus. cum ad desideratas
terras tendimus. Nobis aut
quid e in desiderio. nisi illa
terra de qua scriptum est.

Portio mea in terra uiuentiu.
 Ligno autem ut dixi cuchi-
 tur. qui mare transit.
 & scimus quia scriptura sa-
 cra lignum crucis nobis p-
 nuntiat cum dicit. Male-
 dictus omnis qui pendet
 in ligno. Quod redempto-
 ri nro. paulus attestatur
 dicens. factus p nobis ma-
 ledictum. Per prophetam
 quoq. lignum annuntiat.
 cum dicit. Dns regnauit
 a ligno. & rursus. Mita-
 mus lignum in panem eius.
 Per euangelium uero lignum
 crucis aperte ostenditur.
 ubi ipsa dni passio quae p-
 phetata est. declaratur.
 Per apostolos autem haec ea-
 dem crux etiam in uerbis
 et operibus tenetur. cum
 paulus dicit. Mihi mun-
 dus crucifixus est. et ego
 mundo. et rursus. Mihi au-
 tem absit gloriari. nisi in cruce
 dni nri ihu xpi. Nobis ergo
 qui ad aeternam patriam

tendimus. scriptura sacra p
 quatuor suas faces mare est.
 quae crucem annuntiat.
 quia nos de terra uiuentiu
 lignum portat. Nisi autem
 mari scripturam sacram.
 similem cerneret. ppheta
 minime dixisset. Repleta
 est terra scientia dni sicut
 aqua mans operientis.
 SEQUITUR. Et una simili-
 tudo ipsae quatuor. et spec-
 tus eae et opera quasi rota
 in medio rote. Una simili-
 tudo ipsae quatuor. quia
 quod p dicat lex hoc ena
 pphetae. Quod denuntiant
 pphetae. hoc exhibet euan-
 gelium. Quod exhibet
 euangelium. hoc p dicaue-
 runt apostoli p mundum.
 Una ergo similitudo est ipsae
 quatuor. quia diuina elo-
 quia. et temporibus distinc-
 ta sunt. tamen sensibus uni-
 ta. & aspectus eae et opera
 quasi sit rota in medio ro-
 tae. Rota intra rotam e.

testamentum nouum sicut
diximus. in ita testamentū
uetus. quia quod designauit
testamentum uetus. hoc &
testamentum nouum exhi-
buit. Utenim pauca de
multis loquar. quid ē quod
adam dormiente tua pdu-
citur. nisi quod moriente
xpo ecclesia formatur. ^v
Quid est quod isaac ad immo-
landum ducitur. et ligna
porta r. Arae super im-
ponitur et uiuit. Nisi qd
redemptor nr ad passionē
ductus. lignum sibi crucis
ipse portauit. et sic in sacri-
cium p nobis ex humanita-
te est mortuus. ut tamen
in mortalis maneret ex diu-
nitate. ^v Quid est quod ho-
micida post mortem sum-
mi pontificis absolutus.
ad terram ppriam redit.
Nisi quod humanum genus.
quod peccando sibi in ipsi
mortem intulit. post mor-
tem ueri sacerdotis. uideli-

cet redemptoris nr pecca-
torum suorum uinculis soluit.
cum paradysi possessionem
reparatur. ^v Quid est quod
in tabernaculo ppiciatoriu
fieri iubetur. super quod duo
cherubim. unum a summitate
una. et alterum a summitate
alia. ex auro mundissimo po-
nuntur. expandentes alas
et operientes oraculum. qui se
mutuo respiciunt uersis uul-
tibus in ppiciatorium. nisi
quod utraq. testamenta. ita
sibi in mediatore di et hominū
congruunt. ut quod unum
signat hoc alterum exhibeat.
Quid enim ppiciatorium. Nisi
redemptor humani generis
designatur. ^v De quo per pauli
dicitur. Quem pposuit ds.
ppiationem per fidem in
sanguine ipsius. Quid uero
per duo cherubim quae pleni-
tudo scientiae dicuntur. nisi
utraq. testamenta signata sūt. ^v
Ex quibus unum a summitate vnappiciatoriu.
altera stat. Quia quod testa-
mentum ^v
aliud uero a summitate

mentum uetus de incarnatione nri redemptoris coepit pphetando pmittere. hoc testamentum nouum perfecte narrat expletum. Duo autem ex auro mundissimo facta sunt. quia utraq; testamenta. pura ac simplici ueritate describuntur. Expandunt uero alas. et oraculum operiunt. quia nos qui omnipotentis di oraculum sumus a culpis imminenti bus. scripturae sacre aedificatione protegimur. Cuius dum sententias sollicite aspiciamus. ab errore ignorantiae. eius alas uelamur. Duo uero cherubim semutuo respiciunt. uersis uultibus in propitiatorum. quia utraq; testamenta in nullo a se discrepant; & quasi ad semet ipsa uicissim facies tenent. quia quod unum pmittit. hoc aliud exhibet. dum interpositum mediatorem di et hominum uident. Facies quippe a semet ipsis cherubim auerterent. si quod unum testamen-

tum pmitteret. aliud negaret. Sed dum concorditer de mediatore di et hominum loquuntur. ut uicissim se respiciant. in propitiatorum intendunt. Rota ergo in medio rote est. quia in testamento ueteri. testamentum nouum. & sicut iam sepe diximus. quod testamentum uetus pmissit. hoc nouum exhibuit. & quod illud occultae annuntiat. hoc istud exhibitum aperte clamat. Propheta ergo est testamenti noui. testamentum uetus. & expositio est testamenti ueteris. testamentum nouum. SEQUITUR. Per quatuor partes earum ibant et non reuertebant. Quo alibi diuina eloquia. nisi ad corda hominum uadunt. Sed per quatuor partes euntes ibant. quia scripturae sacre. per legem ad corda hominum uadunt. Signando mysterium per pphetas uadit. Paulo aptius

pphetando dñm per euange-
lium uadit. exhibendo quā.
pphetauit. Per apostolos ua-
dit. pphetando eum quem
pater in nra redemptione
exhibuit. habent ergo rote
facies et uas. quia ostendunt
sacra eloquia noticiā pcep-
torum. cum exhibitione
operum. Et p quatuor par-
tes uadunt. quia distinctis
temporibus ut p diximus
loquuntur. Uel certe quia
in cunctis mundi regionib.
incarnatum dñm pdicant.
O equibus apte mox subditur.
Et non reuertebantur cum
ambularent. haec su peri-
us de animalibus dicta sunt.
Sed non eadem intellegi de ro-
tis. quae de animalibus pos-
sunt. Rotam quippe signa-
re uetus testamentum dixi-
mus. & testamentum ue-
tus ambulauit quidem.
cum p dicationem ad men-
tes hominum uenit. sed
post semetipsum reuersum

non est. quia iuxta litteram
in pceptis suis et sacrificiis.
usq. ad finem seruari non
potuit. Non enim sine im-
miratione p mansit. cum
in eo spiritualis intelligentia
desuit. Sed cum redemptor
nr in mundum uenit. hoc
spiritualiter fecit intellegi.
quod carnaliter uenit teneri.
Itaq. dum spiritualiter littera
eius intellegitur. omnis in
eo illa carnalis exhibitio uiu-
ficatur. Testamentum uero
nouum. etiam p testamenti
ueteris paginas testamentum
aeternum appellatum est.
quia intellectus illius num-
quam mutatur. Bene ergo
dicitur. quod rote curtes
ibant. et non reuertebantur
cum ambularent. quia dum
nouum testamentum non
rescinditur. dum uetus ia spiri-
taliter intellectum tenetur.
post se non redeunt. quia usq.
ad finem mundi immutabilia
persistunt. Ambulant ergo

sed non reuertuntur. quia spiri-
 taliter ad cornu ueniunt. ut
 eorum p̄cepta uel studia uolun-
 tatis non mutantur. SEQUITUR.
 Statuta quoque erat rotis. et alti-
 tudo. et horribilis aspectus.
 Quid est quod scripturae sacrae
 eloquus. tria haec ^{in te} narrantur.
 Ut statutam altitudinem et
 horribilem aspectum. id est ter-
 ribilem habere memorentur.
 Quae erendum nobis magnopere
 est quae diuinae scripturae
 statuta. quae altitudo. qui
 horribilis aspectus dicitur.
 Sciendum ergo est. quia statu-
 ta ad uitam congruit. bene ope-
 rantibus. Unde per paulum
 dicitur. Qui stat uideat neca-
 dat. Qui etiam discipulis dicit.
 Sic state in dno carissimi. & p̄-
 pheta qui semoribus acuta
 ante dnm uidebat. ait. Uultus
 dñi in cuius conspectu sto.
 Altitudo uero est caelestis regni
 p̄missio. ad quam tunc um p̄-
 tingitur. quantum iam morta-
 lis uitae omnis corruptio sub-

iugatur. horribilis uero aspec-
 tus est terror gehennae. quae
 sine fine reprobos cruciat. et
 semper in cruciatu conseruat.
 Statuta uero in fecunditate
 p̄ceptionis est. Altitudo in
 celsitudine. super ^{nae} reprobis
 nis. horribilis uero aspectus
 in miris aq̄ terroribus sup-
 plicii sequentis. Scriptura
 igitur sacra statutam habet
 p̄missio ad standum diri-
 git. ut auditorum mentes.
 ad terrenam concupiscentiam
 non euerterit. Altitudinem
 habet. qui in caelesti patria
 aeternae uitae gaudia p̄mit-
 tit. horribilem quoque aspec-
 tum habet. quia omnibus
 reprobis gehennae subplacia
 minatur. Ostendit igitur
 statutam suam in aedificatio-
 ne morum. ostendit altitu-
 dinem in p̄missione p̄mio-
 rum. ostendit horribilem
 aspectum in terroribus sub-
 pliciose. Recta est enim in
 p̄ceptis. alta in p̄missionib.

horribis inminis. habet statu-
ram. cum prophetā dicit.
Qui escite agere puerse. discite
benefacere. quaerite iudici-
um subuenite oppresso. iu-
dicate pupillo defendite
uiduam. & rursum. Fran-
ge esuriētī panem tuum
et egenos uagosq. induc in
domum tuam. Cum uide-
ris nudum operi eum. et do-
mesticos seminis tui ne dispe-
xeris. habet altitudinem. cū
per eundem pphetā dicit.
Non erit tibi sol amplius adlu-
cendum p diem. nec splendor
lunę illuminauit te. sederit
tibi dñs in lucem. sempitær-
nam. et dñs tuus in gloriam tuā
habet horribile aspectum. cū
infernum describens dicit.
Dies ultionis dñi. annus retri-
butionum iudicii. fronet
conuertuntur torrentes eius
in picem ardentem. nocte
et die non extinguetur in
sempiternum. Quam beatus
iob describens dicit. Tenebro

sa terra. et operta mortis ca-
ligine. terra miserie et tene-
brarum. ubi umbra mortis.
et nullus ordo. et sempitær-
nus horror inhabitans.
habet staturam. cum p eam
dñs p ptiatus pollicetur di-
cens. Sicut caeli noui et ter-
ra noua. quae ego stare facio
coram me dicit dñs. Sic sta-
bit semen ur̄m. ^{& nomen ur̄m.} Illi etiam ue-
racter coram dño stant. qui
uitam suam in prauidate
non dissipant. habet altitu-
dinem. cum statim subdit.
& erit mensis ex mense. et sabbatum
ex sabbato. Eueniet omnis
caro. ut adoret coram facie mea.
dicit dñs. Quid est mensis.
nisi pfectio dierum. et quid
est sabbatum nisi requies. in
qua ^{hiet} seruale opus non liceat.
Mensis ergo ex mense ē. quia
qui hic pfecte uiuunt. illuc
ad perfectionem gloriae pdu-
cuntur. Sabbatum uero ex
sabbato est. quia qui hic ces-
sant a uerso opere. illuc qui

ceciderunt in cal^{iditate} distributione.
 Habet etiam horribilem aspectum.
 cōtinuus adiungit.
 & egredientur et uidebunt ca-
 dauera uiuorum. qui puari-
 cau sunt in me. Vermes eorum
 non morientur. et ignis eorum
 non extinguetur. Quid enī
 horribilius dici. quid cogita-
 ri potest. quam damnationis
 uulnera suscipere. et dolores
 uulnerum finire numquam.
 O hoc horribili aspectu tota se-
 bene per sophoniam dicitur.
 cum super uenire duris men-
 tibus. dies iudicii denuntia-
 t. Iuxta est dies dñi magnus. iuxta
 et uelox nimis. Uox diei dñi
 amara. tribulabitur ibi fortis.
 Dies irae dies illa. dies tribulatio-
 nis et angustie. dies calamita-
 tis et miseriae. dies tenebrarum
 et caliginis. dies nebulę et tur-
 biris. dies tubae et clangoris.
 Sed quia exterioris rotae dicta
 posuimus. restat nunc interio-
 ris quoq. staturam. altitu-
 dinem et horribilem aspectum

pferre debeamus. Habet rota
 interior staturam suam.
 cum euangelium. ad terrā
 desideria in eum uasinos phi-
 bet. redemptoris nr̄i uocib.
 dicens. Attendite ut non
 grauentur corda uia in cra-
 pula et ebrietate. aut in cu-
 ris huius uitae. Habet alti-
 tudinem. cum de eodem
 redemptore nr̄o p̄mittit
 dicens. Quot quod autem
 crediderunt in eum. dedit
 eis potestatem filios d̄i fieri.
 Quid enim hac potestate alti-
 us. quid hac altitudine ^{sup̄laminus} di-
 ci potest. in qua creatus quisq.
 efficitur filius creatoris.
 Habet horribilem aspectum.
 cum de reprobis loquitur di-
 cens. Ibunt in supplicium
 aeternum. Habet staturam.
 cum ueritas discipulos ad-
 monet dicens. Vendite quae
 possidetis et date elemosinā.
 facite uobis sacculos non ue-
 terescentes. Habet p̄missio-
 nis altitudinem cui dicit.

Uenient ab oriente et occidente
et recumbent cum abraham
et isaac in regno glorum.

Habet horribilem aspectum
cum subdit. Filii autem
regni eicientur in tenebras
exteriores ibi erit fletus et
stridor dentium. Quibus
rursum uoce uejitati dicitur.

Uos in peccatis uestris monemini.

Habet statutam cum primo
pastoris uocibus dicit.

Ministrate in fide uestra uirtute.

In uirtute autem scientia.

In scientia autem abstinentia.

In abstinentia autem pacien-

tiam. In pacientia autem pie-

tatem. In pietate autem

amorem fraternitatis. In amo-

re autem fraternitatis carita-

tem; habet altitudinem. Cui

paulo post dicit. Sic enim

abundanter ministratur

uobis introitus in aeternum

regnum dñi et saluatoris nri

ihū xpī. Qui rursus bonis

pastoribus pollicetur dicens.

Cum apparuerit princeps pasto-

rum. percipietis inmarcescibile
coronam gloriae; habet hor-

ribilem aspectum cum dicit.

Adueniat autem dñi dies ut

erit. in qua caeli magno impe-

tu transibunt. Elementa ue-

ro calore soluentur. Cum hec

igitur omnia soluenda sunt.

quales oportet nos esse in seculis con-

uersationibus et pietatibus.

expectantes et sperantes in ad-

uentum diei dñi. Per quam

caeli ardentis soluentur. Ele-

menta uero ignis ardore tabes-

cent. Habet statutam. cum per

paulum. nos a terrenis desideriis

erigit dicens. Mortificate mem-

bra uestra quae sunt super terram;

fornicationem. immundiciam

libidinem. concupiscentiam.

malam. et auaritiam. quae est

idolorum seruitus; habet altu-

tudinem cum promittit dicens.

Uita uestra abscondita est cum

xpo uido. cum xpc apparuerit

uita uestra tunc et uos apparebi-

tis cum illo in gloria. habet

horribilem aspectum cum inatur

dicent. In reuelatione dñi nri
ihū xpī de caelo. cum angelis uir
tutis eius in flamma ignis. dan
tis uindictam his qui ^{non} uouerunt
dñm. et qui non obediunt euan
gelio dñi nri ihū xpī. qui poe
nas dabunt in interitu aeter
nas. a facie dñi et gloria uirtutis
eius. habet statutam. cum nos eccl
monet dicens. Videte ne quis
alicui malum p malo reddat.
sed quod bonum est. sectamini
in inuicem. et in omnes. habet
altitudinem. cum pmittit di
cent. Si conuenerit. et conuue
rimus. si sustinemus. et conregna
bimus. & rursus. Non sunt
condignae passionis huius tempo
ris. ad futuram gloriam quae
reuelabitur in nobis. habet hor
ribilem aspectum. cum minat
dicens. Terribilis quaedam expec
tatio iudicii. et ignis aemulatio.
quae consumptura est aduersa
rios. Qui rursus ait. horrendū
est incidere in manus di uiuentis.
Qui omnia breui quoq. sententia
stringit dicens. Ut possitis con

phendere cum omnibus scīs.
quae sit latitudo. et longitudo.
et sublimitas. et profundum.
Lata quippe est caritas. quia
et in uiciorū dilectionem
capit. et per eam caritatem quae
nos omnipotens dñs late dili
git. etiam longanimitet por
tat. hoc ergo nos debemus exhi
bere. pximīs. quod indignis
nobis a creator nro. conspicimus
exhiberi. Latitudo itaq. et lon
gitudō ad statutam ptinet.
quia p maiorem mores dilatat.
uisiterna mala. caritas longa
nimitet portet. Sublimitas
aeternorum est. illa remunere
ratio p miorum decem in
mensitate dicitur. Quae nec
oculis uidit. nec auris audi
uit. nec in cor hominis ascen
dit. quae p parauit dñs dili
gentibus se. habet ergo in sub
limitate altitudinem. quia
aeterna scōrū gaudia. nulla
nunc p ualent cogitatione
penetrare. Profundum quoq.
est. illa inestimabilis damnatio

sub plioꝝ. quae eos quos
susceperit inuis deſmerget.
In quibus sacra eloquia horri-
bilem aspectum habent.
quia inestimabilem terrore
audientibus incucunt. cu
sub plia inferi locuntur.
Bene ergo dicitur. Statua quo-
q. erat rotiferalitudo. et hor-
ribis aspectus. quia scriptura
sacra. in utroq. testamento et
admonendo recta est. et pmu-
tendo alta. cum inando terri-
bilis. haec nos fratres k̄mi
hodie h̄na die laꝝiente d̄no di-
xisse sufficiat. ut ad differen-
da ea quae subiuncta sunt.
in oꝝ reparati redeamus. in au-
toꝝ omnium d̄no d̄no con-
fidentes. qui uiuit et regnat
cum patre. in unitate sp̄s sc̄i
per omnia secula seculorum.
amen. *Explicit homilia*

SINCIPIT OMELIA
SEPTIMA.
SICUT NOSTIS FRA-
TRES K̄MI. CONSUE-
DO PPHETIAE EST. N̄. CISTA

N.

nunc illa aspiciere. et ab aliis
in aliud subito uerba deſiuare.
Sicut psalmista cum d̄no lo-
quaeretur dicens. deus iudex
iustus. fortis et longanimis.
numquid irascetur per singu-
los dies. nisi conuertamini gla-
dium suum iube. tautt. et pa-
taut illum. Impsa parauit
uasa mortis. sagittas suas ar-
dentibus effecit. Repente sub-
iunxit. Conceptit dolorem &
peperit iniquitatem. lacum
aperuit et effodit eum. et inci-
dit in foueam quam fecit. Ecce
cum d̄ni narraret iustitiam.
quasi non mutata uoce. repen-
te peccatoris intulit culpam.
Quod unum exempli causa di-
xisse sufficiat. quia quisquis
in prophetis usum lectionis
habet. quam crebro ista faciat
non ignorat. Unde uinehe-
chiel ppheta. cum d̄notis loque-
retur. adiunxit. & totum
corpus plenum oculis in circuitu
tu ipsorum quatuor. Qui enim
non ipsorum. seclipsore dixit.

Profecto indicat. quia repente
 sermo eius ab rotis ad animalia
 redit. per quae nimirum per
 fecit quicquid ut praedictum est
 designantur. Corpora itaque ani
 malium. idcirco plerumque oculis
 describuntur. quia sanctorum
 actio. ab omni parte circumspec
 ta est. bona desiderabiliter pro
 uident. mala solletter cauens.
 & hoc laboriosius ubi sanctorum mens
 uehementer inuigilat. ne se
 ante eorum oculos mala sub bo
 norum specie abscondant.
 Circumspecta ergo est uita sanctorum
 ne sic sit libera. ut superba sit.
 quia sepe superbia. excedit in uer
 bis. eundem appetit libertas pu
 ritatis. Nec sic sit humilis ut
 formidolosa sit. quia aliquan
 do timor restringit animum.
 ut loqui quae recta sunt non
 praesumat. sed tamen in ipsa timi
 da cogitatione. humilem esse
 se simulet. Nec sic sit parca ut
 tenax sit. quia plerumque tenu
 cia parsimonia appetit aestima
 ri ut iuste ac necessarie uideat.

tenere. quicquid de genti pro
 ximo misericorditer non
 uult impendere. Nec sic sit
 misericors ut effusa sit. quia
 non nunquam effusio te
 mia putatur. Aliud est
 enim pietatis studio. neces
 saria proximis dare. atque aliud
 ea quae possidentur. sine mer
 cedis intentione dispergere.
 Quicquid ergo agitur. in radi
 ce intentionis pensandum est.
 quo merito apud iudicium
 creatoris habeatur. Unde
 eiusdem creator dicit. Si oculi
 tui simplex fuerit. to
 tum corpus tuum lucidum
 erit. Oculum uidelicet in
 tentionem. corpus uero actio
 nem nominans. Quasi si
 intentio apud deum simplex
 fuerit. in eius iudicio nostra
 actio tenebrosa non erit.
 Igitur quia sancti solletter
 inuigilant. ut se undique aspi
 ciant. ubique custodiant. ne
 aut mala propterea ipsa appe
 rant. aut haec eadem sub specie

bonorum agant. scilicet ne fecerit
uita uirtutes eē mentiantur.
totum corpus in circuitu oculo
plenum habent. qui omnis
eorum actio prudentia solli
citudinis. et repletur circū
datur. hinc est quod paulus
apostolus dum cui dam poe
nitenti. de perpetrato facino
re corinthios prospiceret uolu
isse miserere ait. Sicut ^{aliquid} donastis
et ego. Nam et ego quod do
naui. propter uos in persona
xpi. ut non circum ueniamur
a satana; non enim ignoramus
cogitationes eius. Si enim
parcendum erat. tunc se humi
litate tanta uoluntati disci
pulorum magister egregius
sociat. ut neq. ipse ad discipu
lis. neq. ab eo discipuli in
compassionis causa diuisi
uideantur. Nisi quia solli
cito prudentiae oculo at
tendit. quod pleriq. dum
alter donat. alter uasetur.
& quale iam est misericordiae
sacrificium. quod cum discor

dia. pximi offeritur. Unde
recte ait. Ut non circum uenia
mur a satana. non enim ignora
mus cogitationes eius. Quia
uidelicet inde alterius cordi
rix & malum solet immittere.
unde alterum conspiciat. pieta
tis negotium fecisse. Impfec
tum enim bonum est. quod
sic agitur. ut ne quid ei ex alio
latere mali subrepat non ad ten
datur. nisi forte quod sine cuius
piam scandalo fieri non potest.
culpa si non fecisset. hoc uero
ideo dicimus. ut notum uiae
dilectioni faciamus. quia in nro
bono opere aliquando cauendū
est scandalum pximi. aliquan
do uero pro nichilo contempnen
dum. Quod in ipso redemptore
nro didicimus. Qui dum tri
butum petro inquisito pete
retur. prius paradigna pposuit.
per quod se nihil debere. respondit
dicens. Reges terrae a quibus
accipiunt tributum uel censū.
a filiis suis anabalerunt. Cui cum
diceretur ab alienis. Illico respondit.

8 fl
p. 11

Ergo liberi sunt filii. Sed postquam
 liberum se esse monstravit. ne for-
 te scandalum cuiquam faceret.
 subdidit. Ut autem non scanda-
 li xemus eos. uade ad mare et mit-
 te harnum. etc. um piscem qui
 prius ascenderit. tolle. et aperto
 ore eius. inuenies statrem. illu-
 sument. da eis promette.
 Qui rursus cum diceret. quia
 omne quod in os ^{intra} non co-
 inquinat hominem. et tunc
 accedentes dixerunt. Scis quia
 pharisei audito uerbo scandaliza-
 ti sunt. Nulle respondens ait.
 Omnis plantatio quam non plan-
 tauit pater meus caelestis eradi-
 cabitur. Sinite illos. caeci sunt.
 duces caecorum. Ecce magistra
 ueritas. ne in quorundam cordibus
 scandalum gigneretur. et quod non
 debuit tributum dedit. & rur-
 sum quia generari scandalum
 in quorundam cordibus con-^{tra}ue-
 ritatem uidit. in suo eos scandalo
 remanere permisit. Ex quare
 nobis considerandum est. quia
 in quantum sine peccato possumus

uitare proximum scan-
 dalum debemus. Si ~~autem~~ ^{scandalu} de
 ueritate ^uritur. ut uis per-
 mittitur nasci scandalum.
 quam ueritas relinquitur.
 Corpora ergo animalium plena
 sunt oculis. cum se hinc inde
 caute circumspiciunt.
 Sed sciendum nobis est. quia
 sepe dum aliis rebus intendi-
 mus. fit ut alia neglegamus.
 & ubi neglegimus. ibi periculum
 oculum non habemus. Nam
 phariseus ille qui ascenderat
 in templum orare. testante
 et angelis. quid dixit agri-
 uimus. ait enim. Os gratias
 tibi ago. Recte autem gratias
 do agebat. a quo acceperat
 bona quae fecerat. Qui etiam
 subiungit. Quia non sum
 sicut ceteri hominum. rapto-
 res. iniusti. adulteri. uelut
 etiam hic publicanus. leuino-
 bus in sabbato. decimas do-
 omnium quae possideo.
 Ecce ad exhibendam abstinen-
 tiam. ad impendendam

Unde
 in uena
 magna
 Quia
 us cordis
 utere
 ut: puer
 impfec
 quod
 ex alio
 ad ten
 ine cuius
 potest.
 uero
 rae
 a inno
 uendu
 aquan
 impner
 tempore
 ut in
 ppo
 ofate
 pond
 us
 erfu
 uen
 respond.

miseri cordiam. ad referendas
dō gratias oculum phariseus
habuit. sed ad humilitates
custodiam oculum non habe
bat. & quid p̄dest. quod con
tra hostium insidias poene
tota ciuitas carite custodi
tur. suum foramen aper
tum relinquitur. unde ab
hostibus intratur. Quid ergo
p̄dest custodia quae poene
ubiq. circumponitur. quan
do inimicis tota ciuitas per
neglectum loci unius aperit.
phariseus autem qui ieiunui
exhibuit decimas dedit.
dō gratias retulit. quasi poe
ne circulum in suae ciuitatis
custodia uigilauit. Sed
quia unum in se foramen
sup̄bis non attendit. ibi
hostem p̄tulit ubi p̄neglegentiam
oculum clausit. Quia ergo
scōrum mentes undiq. se
circum spicientes in uigi
lant. atq. in ^{omni} nomine suo
opere pauoris et sollicitudi

nis oculum circumducunt.
ne aut p̄talia agant aut recta
quae p̄cepta sunt non agant.
aut bonis actibus expletis in
suis cogitationibus intumes
cant. et tanto grauius offen
dant. quanto qui iusti uiden
tur foris. occultius peccant.
Recte dicitur. totum corpus eorum.
plenum oculis in circuitu.
Sciendum quoq. est. quod in
translatione ueteri non habetur.
totum corpus eorum plenum
oculis in circuitu. sed dicitur.
Dorsa eorum plena oculis. Quae
uidelicet sententia. ab aedifi
cationis intellectu non discre
pat. Ecce enim sunt quae
in facie. saepe etiam peccatores
homines custodire solent.
Iusti autem uiri. quae se et in
eis custodiunt. quae in p̄ptu
et in facie non uidentur. in dor
sis oculos habere referuntur.
Quia ergo. et quae in oculis
sunt dicuntur. et quae in dor
sibus oculos in dorso habent.
Quod tamen intellegi et aliter

potest. quia ea quae sunt ante
faciem nos uidemus. dorsa autē
nra. alius in nobis uidet. et nos
uidere non possumus; quia autē
sci uiri solletter se aspiciunt in
quibus alios iudicare possunt.
& distincte se uident. sicut sepe
distincte ab aliis uidentur.
qui in se nec ea quae se latere po-
terant ignorant. lumen in dor-
so portant. SEQUITUR.

Cumq; ambularent animalia
ambulabant et rotae iuxta ea.
& cum eleuantur animalia de
terra eleuantur simul et rotae.
Animalia ambulat. cum sci uiri
in scriptura intellegunt. quem
admodum moraliter uiuant.

Eleuantur uero a terra animalia
cum sci uiri se in contem-
platione suspendunt. Quia unusquisq;
scorum quantum ipse in scrip-
tura sacra profecit. tanto haec
eadem scriptura sacra proficit
apud ipsum. recte dicitur.

Cum ambularent animalia am-
bulabant pariter et rotae; quia
diuina eloquia cum legente
+ Et cum eleuantur animalia de
terra. eleuantur similiter & rotae.

crescunt. Nam tanto illa quisq;
altius intellegit. quanto altius
in eis intendit. Unde nec de-
uantur rotae. si non eleuantur.
animalia. Quia nisi legentium
mentes ad alta proficiunt.
diuina dicta uelut in nimis
non intellecta iacent. Cum
enim legenti cuilibet sermo
scripturae sacrae tepidus
uidetur. sensus diuini eloqui
eius mentem non excitat. &
in cogitatione sua nullo in-
tellectus lumine emicat.

rotae et otiosa et in terra ē. quia
animalia non eleuantur a ter-
ra. At uero si animalia ambu-
lent. id est bene uiuendi or-
dines quaerant. et per gressum
cordis inueniant. quem ad-
modum gressum boni ope-
ris ponant. Ambulant pari-
ter et rotae. quia tantum
in sacro eloquio pro uectum
inuenis. quantum apud
illum ipse profecit. Si uero
permatum animal se in con-
templatione terenderit.

rotae protinus contra subleuan-
tur. quia terrena non eē intel-
legis. quae prius in sacro eloquio
iuxta terrenum morem dicta
credidisti. Fitq; ut scripturae
sacrae uerba eē caelestia sentias.
si accessus per contemplatio-
nis gratiam temetipsum ad
caelestia suspendas. & mira
atq; ineffabilis sacri eloqui
uirtus agnoscat. cum sup-
no amore legentis animus
penetratur. quia ergo ani-
mal ad alta se subleuat. ro-
ta uolat. SEQUITUR.

Quocumq; ibat sps. illuc eun-
te spū. etrote pariter leua-
bantur. sequentes eum.

Quo enim sps legentis tendit.
illuc et diuina eloquia ele-
uantur. quasi in eis altum
quid uidendo et sentiendo
quaesieris. haec eadem sacra
eloquia crescunt. et tecum
in altioribus ascendunt.

Bene autem de eisdem rotis di-
citur. Sequentes eum. Legen-
tis enim sps. siquid in eis sci-

re mortale aut hystoricum
quaerit. sensus hunc moralis
hystoriae sequitur. Si quid typi-
cum. mox figurata locutio agnos-
citur. Si quid contemplatiuum.
statim rotae quasi pennas acci-
piunt. & in aere suspenduntur.
quia in uerbis sacri eloqui in-
tellegentia caelestis aperitur.
Quocumq; ergo ibat sps. illuc eun-
te spū. etrote pariter leuabantur
sequentes eum. Rotae enim spm
sequuntur. quia uerba sacri elo-
qui. ut saepe iam dictum est.
iuxta sensum legentium p̄ intel-
lectum crescunt. In una enim
eademq; scripturae sententia.
alius sola hystoria pascitur.

Alius typica alius uero intellegen-
tiam p̄ typum contemplatiua
quaerit. & fit plerumq; ut sic
dictum est. in una eademq; sen-
tentia cuncta simul tria uale-
ant inueniri. Moyses cum de
ardente rubo uocatus fuisset.
accessit p̄ prius ut uideret uisum.
& ecce rubus ardebat. et non con-
furnebatur. Magnū est hoc

miraculum; si solam in eo hystoria
 requirat. est unde legentis nutria
 tur animus. ut uideat quod in
 ligno ignis ardeat. et non consumat.
 lam uero sit typicam intellegentia
 quaerit. quid flamma nisi lege.
 O equa scriptum est. In dextera
 eius ignea lex. & quid rubus ille
 nisi iudaeum populum designa
 uit. peccatorum suorū spinis ob
 situm. Sed rubus ardens consumi
 non potuit. quia iudaeus popu
 lus. et ignem quidem legis accepit.
 et tamen nec eius uitae diuini
 sermonis flamma concremauit.
 Fortasse in hoc facto. alius maiora
 pro typum contempleri desiderat.
 hanc quia sensus exerescit. de uertur
 paniter et tota. Inter homines eni
 perfectus homo factus est uincus di.
 quia sua peccata non habuit. sed
 spinas nostrae nequitiae suscepit.
 atque usque ad passionem pro nobis se
 humiliare dignatus est. et in semetip
 so ignem tribulationis nostrae susci
 pere. Sed arsit. et non arsit. quia
 ex humanitate est mortuus. et tamen
 immortalis ex diuinitate perman

sit. Suscepit a nobis unde sacri
 ficium fieret pro nobis. et tamen
 impassibilis. atque immutabilis
 permanit unproptus. ut nos com
 mutaret antis. Alius fortasse
 per hystoria moralitate. atque per
 allegorie intellegentia contem
 plationem requirit; patet cunc
 tis iuxta hystoriam hoc quoniam
 lege scriptum est. ut uertur qui
 pro peccato offeritur retorquatur
 caput eius ad pennulas. ita ut
 collo inhaereat. et non penitus
 abrumfatur. In quibus uerbis
 dubius legentibus sensus hysto
 ricus est. Sed si haec intellege
 re ^{al} motus requirat. agitur
 tota dum ad moralem intelle
 gentiam ducitur. sacra uerbi
 sententia. Nos ipsi enim in
 omnipotentis di sacrificio ce
 tur tur debemus. ita ut caput
 nostrum retorquatur ad pennu
 las. id est animus ad uirtutes.
 Non enim in merito pro caput in
 tern intellegimus. quia sicut
 caput corpus. ita mens actio
 nis regit. Sed caput ad pennulas

retorqueri precipitur. ut ea quae
dicitur facias. et os aperiri coniun-
gas. Nec haec ^{caput} abscidendi
est. ut a corpore diuidatur. Sed
ex parte decidit a corpore suo
iubetur inherere. quia iudei
et mens nostra a carnali delecta-
tione incidenda est. sed a carnis
cura necessaria incidenda non
est. hinc enim scriptum est.
Carnis curam nesceritis in deside-
ris. Quae ergo in desiderio fie-
ri prohibetur. procul dubio in neces-
sitate conceditur. Caput ergo
turturis ^{ex parte} abscisum. sic et ex par-
te inheret. ut sicut dictum
est. & a uoluntate carnis mens
nostra incisa sit. et tamen a neces-
sitate non sit abscisa. Quod si
hoc sacrificii genus. sub typica
redemptoris nostri intellegentia
alius ad contemplationem re-
quirat. ascendat ergo ad fosto-
ra animus. deuentur anima-
lia. ut deuentur pariter et totae.
Quis enim caput nostrum nisi
redemptor generis humani.
de quo scriptum est. Ipsum

dedit caput super omnem ecclesiam
quae est corpus ipsius. Quem cum
iudei persecuerentur. nomen eius
delere de terra conati sunt. Cum
quod cum crucifixum et sepultum
uiderent. hunc se ab amore om-
nium diuisisse crediderunt.
Sed caput turturis et incisum est.
et tamen a suo corpore diuisum non
est. quia ex eo quod pro nobis morte
portulit. omnes nos sibi uictus
in ipsa sua morte coniunxit.
& hoc quod se nostris oculis uisi-
biliter subtraxit. nostris sementibus.
inuisibiliter radiauit. Caput ergo
turturis incisum inheret corpo-
ri. quia pro nobis quidem redem-
ptor nostri passus est. sed a nobis sepa-
ratus pro passionem non est. Quia
igitur dicta sacri eloquii cum
legentium spiritu ex crescunt. rec-
te nunc dicitur. Quocumque
ibat spiritus illuc eunte spiritus et totae
pariter leuebantur sequentes
eum. Et subditur. Spiritus enim uita
erat in totis. In totis enim spiritus uita
est. quia sacra eloquia donos spiritus
uiuificantur. ut in ovis uera a nobis

opera repellam. Potest autem
 intellegi quia sps uadit. cū legen-
 tis animum diuersis modis et
 ordinibus tangit. quando hunc
 puerba sacri eloqui modo in zelo
 excitans ad uitionem erigit.
 modo ad p^{ro}uidentia mitigat.
 modo in p^{ro}dicacione instruit.
 modo ad poenitentiae lamenta
 compingit. Sed percurramus bre-
 uiter phae eadē uerba quae dixi-
 mus. et uideam^{us} quomodo sequit^{ur}
 rotae spm. qui uite sps dicitur.
 et rotis in eē phibetur. Certe si legen-
 tis animum sps uite in caeli fer-
 uore teugent. p^{ro}tinus in sacris
 eloquiis uidet. quod moyses ad
 castra rediens. et populū p^{ro} dolū
 peccasse cognoscens. hunc p^{ro} seruo
 tem sps gladii strauit. Quod
 si necesse p^{ro}sequendo luxuriā uā di
 gladio placauit. Quod petrus
 mentientes sibi met uerbo p^{ro} culit
 et rotis cedit. Quod paulus negligen-
 tib^{us} discipulis uirgā minatur.
 Si sps uite legentis animum ad ser-
 uandā paciētiā tangit. statim
 secuntur et rotae. quia in sacris

eloquiis inuenit. quod moyses
 et aaron cum loquentes. recta
 persecutionem populi passi sunt.
 ad tabernaculum cucurrerunt.
 p^{ro} ipso populo exorantes. quae
 fugiebant. Sca autē coxerunt p^{ro}
 et timorē sup^{er} bientium p^{ro} tulit.
 et tamen contra eos ad odium
 non erupit. Paciētia autē uia
 ē. quae cupsum amat. quē postat.
 Nam tolerate sedodisse. non ē uisus
 mansuetudinis. sed uelamentū
 furoris. In eisdem quoq^{ue} eloquiis
 inuenit. quod samuel de prin-
 cipatus cubine deiectus. oras-
 se etiā p^{ro} deicientibus consuecit.
 Quod nemo se ope ad caelestem
 gloriā nisi paciētiā seruā-
 do p^{ro} uenit. Quod ipse auctor
 ac redemptor generis humani.
 sp^{ro} p^{ro} ita. colaphos. spineam coronā.
 crucem. lanceam pertulit. &
 tamen p^{ro} peccatoribus orauit.
 Si uitae sps legentis animum
 ad studium p^{ro} dicationis excitat.
 statim sequuntur & rotae. quia
 in sacris eloquiis inuenit quod
 moyses iubente dno. contra ac

gypti regem inquantis sepelica-
tionis libere uerbis et exiit.
Quod stephanus iudeis perfiden-
tibus; dicens uos semper spui
sco resististis. ne lapides timuit.
Quod petrus sustibus caesus ne
in nomine ihu loqueretur. cum
aliqua libertate respondit.
magis O boedire oportet deo quam homi-
nibus; Quod paulus catenas
uinculis stringitur. sed tamen
uerbum dei non est alligatum.
Sicut uitaesps ad poenitentiae lani-
ta conpungit. sequuntur. petri
rotae. cum scripturis sacrae.
uerba dauid poenitentiamq.
pferunt. quod rex rephensius
ppheta. quia subiectus ad eae
linon fuit. subiecto increpanti
non erubuit. confiteri qd fecit.
Quod publicanus qui redum
suae nequitiae cognouit. et si
iniustus ad templum uenit.
iustificatus et templo rediit.
Qd petrus negationis maculas
lacrimis lauit. Quod latro qui
in cruce cognouit culpam. in ipsa
iam morte inuenit ueritatem.

O equibus adhuc rotis. eadem pro-
pheta replicat atq. subiungit.
Cum euntibus ibant. et cum stantibus
stantibus. et cum de uatis a terra
pariter eleuabantur. et uos se-
quentes ex. quia sps uitae erat
in rotis; haec sicut nostis frs kerini.
ex magna iam parte dicta sunt.
sed uerata descriptione narrant.
Nec nos itaq. pigeat eadem breuiter
exponendo repetere. quae sps pp-
pheta dignatus est replicando
narrare. hoc enim solum in his
uerbis nouum additur. quod
dictum est; Cum stantibus
stantibus; Sunt autem quidam
qui usq. ad hoc proficiunt. ut terre-
na quae accipiunt bene dispen-
sare nouerint. misericordiae operibus
intendant. obpressis subueniant.
hi uidelicet uadunt in eo. qd se in
proximi utilitate tendunt.
Cum his ergo rotae gradiuntur.
quia sua eloquia. dictorae suorae
passus. in eis uerere disponant.
Et sunt alii qui in fide quae accepe-
runt. ita ad tenendum fortes
sunt. aduersis quibus resistere

ualeant. et non solum minime ad
 aduersitatem trahuntur perfidiae.
 sed etiam pueris loquentes unpug-
 nent. eosque ad rectitudinem per-
 trahant. Cum istis stantibus
 stant etiam rotae. quia eis rectitu-
 dinem suam sacri eloqui uerba
 confirmant. cum uicis audiunt.
 Sate et tenere traditiones quas di-
 didistis. & rursus. Aduersa-
 rius uester diabolus. tamquam
 leo rugiens. circuit querens quem
 deuoret. Cui resistite fortes infide.
 & aliqui omnia terrena despiciunt.
 nulla quae ^{perierunt} possidere
 dignantur. in disiectum
 contemplatione suspendunt.
 Cum his ergo de uatis et rotae pa-
 riter leuantur. quia in quantum
 quique ad alta proficiunt. in tantum
 eis et sacra eloquia de altioribus
 loquuntur. Uadunt ergo ani-
 malia ad utilitatem proximi. stant
 ad custodiam sui. Eleuantur ad con-
 templationem dei. Sed et rotae pa-
 riter uadunt. stant. eleuantur. quia
 quaesita sacra lectio talis inuenit.
 qualis et sit ipse a quo queritur.

A dactiua enim uita profecisti.
 ambulat tecum. Ad immo-
 bilitatem ^{ergo} constantiam spiritus profecisti.
 stat tecum. Ad contemplati-
 uam uita per dignitatem peruenisti.
 uolat tecum. & rursus. ^{subdit} Quia
 spiritus uitae erat in rotis. Quod
 idcirco secundo dicitur uita
 spiritus in rotis esse. Quia scripturae
 sacrae duo sunt testamenta.
 quae utraque de spiritus scribi uoluit.
 ut nos ab aeternae mortis libera-
 ret. Uel certe quia duo sunt
 praecipua caritatis. dilectio uide-
 licet de ^{dilectio} proximo. capimus in
 eloquiis diuinis. Per praecipua
 enim scripturae sacrae uisum. ^{dicuntur}
 qui mortui ⁱⁿ culpa iacebamus. ^{lectio}
 Unde omnipotenti domino per psal-
 mistam dicitur. In aeternum
 non obliuiscar iustificationes
 tuas quia in ipsis uiuificasti
 me. Iustificationes enim pre-
 cepta domini dicuntur. In quibus
 nos corrigendo iustificat.
 De quibus per psalmistam aptius
 dicit. In iustificationibus
 meditabor. non obliuiscar

dicuntur scripturae
 dicuntur. Secun-
 do ergo dicitur quod
 scripturae sacrae
 in rotis quod
 lectio de
 proximo

sermone tuos; In eis ita nos uiuifi-
cat. quia per haec nobis spirituale uitae
demonstrat. tamen per afflatum
spiritus nostris mentibus infundit;
Quod quia cotidie per donum
gratiae in electorum mentibus
agitur. spiritus uitae erat in totis;
Haec nobis scriptura: in tene-
bris uitae praesentis facta est lumen
itineris; hinc etenim petrus ait;
Cui benefactis intendentes.
quasi lucerne lucenti in cali-
ginoso loco; hinc psalmista ait.
Lucerna pedibus meis uerbum
tuum domine et lumen semitis
meis; Scimus tamen quia et ipsa
nobis nostra lucerna obscura est.
nisi hanc nostris mentibus illustret;
Unde iterum psalmista ait; Quo tu
illumina lucernam meam domine.
deus meus illumina tenebras meas;
Quid enim lucerna ardens. nisi
lumen est? Sed lumen quod
creatum nobis est non licet. nisi
illuminetur lumine non crea-
to. Quia ergo omnipotens deus
ad salutem nostram sanctae testa-
mentorum dicta et ipse creauit.

et ipse aperit. spiritus uitae erat in totis;
SEQUITUR; Et similitudo super
capita animalium firmamenti
quasi aspectus cristalli horri-
bilis extenti super capita eorum de
super; haec largiente domino duobus
modis exposuimus. ut lectoris
iudicio quod eligendum censeat
relinquamus; Possunt enim
firmamenti nomine caelestes
potestates intellegi; Quod firma-
mentum recte quasi aspectus
cristalli dicitur. quia uidelicet
cristallum forte quidem nimis
est. sed ex aqua solidatur; Natu-
ra angelica quando creata liberae
arbitrium accepit. utrum uel-
let in humilitate persistere. et
in omnipotentis dei conspectu
permanere. an superbia laberetur.
et a beatitudine caderet. per simi-
litudinem aqua fuerit; Sed quia
cadentibus alius sancti angeli in sua
beatitudine persistunt. atque
hoc preceperunt in uinere. uita
cadere omnino non possent. in
eis natura sua quia a duci mu-
tabiliter non potest. quasi in

magnitudine christalli durata
 est; Quod christallum horribi-
 le et extensum sup capita anima-
 lum dicitur. quia ille potesta-
 tes angelice quae omnipoten-
 tis di conspectui assistunt.
 nobis adhuc in hac corruptio-
 ne positus terribiles atq. pauen-
 de sunt. Quarum nunc gaudia.
 quia sensum nostrae mentium
 excedunt. sup capita animali-
 um se memorant. Quis enim
 incorruptibili carne positus
 comprehendere valeat. quae sit
 illa angelice ineffabilis et sine
 fine laetitia. quae beatitudo.
 sine defectu uultu uideri crea-
 toris. atq. in eius delectatione sine
 mutatione persistere. Potest autem
 firmamenti nomine ipse pfi-
 guram nri redemptor intellegi.
 uetus ds sup omnia et factus
 inter omnia homo pfectus. in
 quo natura nra apud patrem
 confirmata e. De quo etiam per
 psalmista pphetando dicitur.
 Fiat manus tua sup uiru dexte-
 re tue et sup filium hominis

quem confirmasti tibi. huma-
 na etenim natura priusquam
 a creatore omnium susciperetur
 terra erat; Nam firmamentum
 non erat; Peccatori quippe
 homini dictum est. Terra es et
 in terra ibis; At postquam as-
 sumpta e a uictore omnium
 atq. in caelos subleuata. et sup
 angelos ducta. firmamentum
 facta e quae terra fuit; Sed fir-
 mamentum quod aspicitur.
 cuius habeat similitudine
 subinfertur cum dicitur.
 Quasi aspectus christalli horri-
 bilis. Christallum sicut dic-
 tum est ex aqua congelatum
 et robustum fit; Scimus uero
 quanta sit aquae mobilitas;
 Corpus autem redemptoris nri
 quia usq. ad mortem passioni
 subiacuit. aquae simile iux-
 ta aliquid fuit. quia nascen-
 do. crescendo. esuriendo. siti-
 endo. moriendo. usq. ad pas-
 sionem suam p momenta tem-
 pore mobiliter decurrerat;
 Cuius cursum ppheta intuens

ait; Exultauit ut gigas ad
currendam uiam suam; Sed quia p
resurrectionis suae gloriam
ex ipsa sua corruptione. in in
corruptionis uirtute conua
luit. quasi christalli more
ex aqua duruit. ut in illo et
haec eadem natura est. et in
ipso iam quae fuerat corruptio
nis mutabilitas non est; Aqua
ergo in christallum uersa est.
quando corruptionis eius
infirmitas. p resurrectione
sua ad in corruptionis est
firmitatem mutata; Sed no
tandum quod hoc christallu
horribile. id est pauendum dicit;
Quis autem nescit cuius pulchri
tudinis sit christallu? Et mi
rum. quomodo in hoc christal
lo conueniat pulchritudo
cum pauore; Sed omnibus
uera scientibus constat. quia
redemptor humani generis
cu iudex apparuerit. et spe
ciosus iustis. et terribilis erit
iniustis; Quem enim mansue
tum aspiciunt electi. hunc

eundem pauendum atq; terri
bilem aspiciunt reprobi; Sed
hunc ideo tunc electi terribile
non uidebunt. quia modo ter
rorem illius considerare non ces
sant; Studioso enim considerant.
qua terribilis ad iudicium ueni
at; Culpas ante actas deflent
imminentes declinant; Pauore
illius cotidie ante oculos men
tis ponunt. et quando tremen
dus apparat. sine cessatione
suspecti sunt; Atq; cotidie
agunt timendo. ne quando
uenerit. timeant; Similitudo
ergo sup capita animalium firma
menti. quasi aspectus christalli
horribilis; Et quia ipse pauor
eius quem in suis cogitationib.
tenent. corpe mentes pregit.
recte subiungitur; Extenti
sup capita corpe de sup; Firma
mentu hoc quod in similitudine
christalli sup capita animalium
apparet. et horribile et extensu
est. quia bonorum mentes unde
terret. inde pregit; Sicut in pa
uendus in corpe cordibus non

tet: peccator & modo a peccatis. &
 postea a supplicis non fuisset.
 Quia autem semper considerant
 qui pauor ex iudicio imminet.
 uirtutum pennas in rectitudine
 conseruant. Unde et apte mox
 subditur. Sub firmamento autem
 pennae corae recte alterius ad
 altere. Tunc pennae uirtutum
 sub firmamento rectae sunt.
 quando bonum quod alter habet.
 hoc alteri impendit. ut qui ter
 renam substantiam accepit. indigen
 tis proximi inopiam subleuet.

Quid doctrine gratia plenius est. igno
 rantis proximi tenebras uerbo suae
 praedicationis illustret. Qui tempo
 rali potestate subnixus est. oppres
 sos auolentius releuet. Quippe
 uis spiritus plenius est. auita proximi ma
 la imminetia. bona sua dendo
 declinet. Qui gratiam curationis
 accepit. intercessionem suam saluti
 infirmantium pie et humiliter
 impendat. Qui a terrenis actibus
 libere solidum uacare meruit. pro
 delinquentibus proximis exoret.
 Fit autem sepe ut qui terrena sub

stantia nimis occupatur. oratio
 ni in quantum debet non iungit
 let. & fit plerumque utis qui
 ad adorandum dominum cunctis
 mundi oneribus exutus ua
 cat. sustentationem uiuendi
 non habeat. Sed dum diues
 porrigit alimentum atque uesti
 mentum pauperi. et dum pauper
 orationem suam animae diui
 tis impendit. pennae animali
 um rectae alterius ad altere
 tenduntur. Nam dum ille
 mihi uerbum praedicationis ex
 hibet. et lumine ueritatis ex
 corde meo ignorantiae tene
 bras expellit. dumque ego illi
 quia fossasse amundi huius
 potente opprimitur. solatium
 meae defensionis impertior.
 atque hunc deuolenti manibus
 euellor. uicis firm nobis pennas
 nostras tendimus. ut nos affectu
 & opere uicaria ex bono quod
 accepimus tangamur. Unde
 bene primus pastor admonet
 dicens. Omnia finis appro
 pinquauit. Estote itaque pru

dentis et angulate in orationibus;
A me omnia autem mutua
in uobis et in uobis caritate con-
tinua habentes. quia caritas
operit multitudinem peccatorum;
hospitales inuicem sine mur-
murationibus; Unusquisque
sicut accepit gratiam in alteru-
trum illam administrantes; Quid
ergo apud ezechielem penna.
hoc apud petrum apostolum
accepit gratiam dicitur. Et quod
ille ait. recte penna alterius
ad alterum. hoc iste ecclesiae
pastor dicit. Unusquisque sic
accepit gratiam in alteru-
trum illam administrantes; Pennae
enim nostrae recte iam non sunt.
si ad utilitatem nostram solum mo-
do referuntur; Sed tunc rec-
te fiunt. cum in utilitatem
proximi dirigimus quod habe-
mus; Quia enim bona nostra
non a nobis. sed ab eo haec acce-
pimus. a quo factum est ut esse-
mus; Tanto ea nobis non debe-
mus retinere priuata. quan-
to ea nobis conspicimus ab

autore nostro ad communem utili-
tatem data; Unde isdem petrus
apostolus in exhortatione huius
rei subdidit dicens; Sicut boni
dispensatores multiformis gra-
di; Ad quod adhuc adiecit; Siquis
loquitur quasi sermones dei.
Siquis ministrat tamquam exur-
tute quam administrat deus; ac
si aperte dicat. humiliter im-
pendite bonum proximo quia
scitis uobis non a uobis esse quod
habetis; Quae libet enim pen-
na iustitiae. cum ad proximum
pertinendo tenditur. recta non
erit si humilitate caruerit.
SEQUITUR. Unumquodque
diabulis alis uelabat corpus suum
et alterum similiter uelabat;
Quia pro corpore actio. palas uero
uirtutes signentur. supra iam
diximus; & cum dicat; Sub
firmamento autem pennae eorum
recte alterius ad alterum. quae-
rendum est qualiter subditur;
Unumquodque diabulis alis uela-
bat corpus suum; Quae uere hoc
patenter indicatur. quia et

pennas alias. ad alterum tendebant.
 etiam duabus aliis. corpus p
 prium uelabant. Quid est hoc.
 nisi quia sic debemus uirtutes
 quas accepimus aliis impendere.
 uter in quibus peccauimus. non desi
 namus caute cogitare. et rea
 tum nostrum. cotidie penitentiam
 & poenitentiam plangere. Du
 as enim alas superius quibus cor
 pus uelatur. timore et poeniten
 tia diximus. Sic ergo in carita
 te crescimus. ut pennas tendamus
 ad proximos. Sic pennas tenda
 mus proximis. ut in unquam
 desinamus cogitare et plangere
 nos metipsos. Pennae tendan
 tur iuxta. pennae cooperantur
 corpora. ut de bonis actibus
 praebemus exempla. et mala
 quae egimus. abscondant a iudi
 cio. timor et poenitentia.
 In translatione ueteri. de his
 alis dicitur. Singulae duae con
 iunctae. cooperant corpora eorum.
 In quibus uerbis intellegitur.
 quia et ipsae erant pennae. quae
 iungebantur alterius ad alterum.

et ipsae quae eorum corpora coope
 rantur. Quod per figuram bene
 accipitur. quia ille nos uirtu
 tes apud omnipotentem deum p
 tegitur. quas ex caritate proximis
 impertitur. atque coniungitur.
 Cuiusmodi dum concorditer uiuimus.
 mala quae fecimus uelamus.
 Possunt ergo etiam per has alas.
 duo precepta caritatis intellegi.
 amor scilicet dei. et proximi.
 Namando enim deum. nostra in nobis
 mala persequimur. id est
 corpus uelamus. Diligendo
 autem proximum. et in quo prodesse
 possumus festinamus. id est
 ad alterum tendimus. Hoc autem
 quod subditur. et alterum
 similiter uelabatur. in transla
 tione ueteri non habetur. In
 queri potest. cur postquam dic
 tum est. in unquam quod quibus aliis
 uelabat corpus suum. subiun
 gatur. et alterum similiter uela
 batur. In translatione autem. Lxx.
 interpretum. a quibus & theodo
 tionis. et simmachii. solliciti
 persecutantes. nihil ex his uerbis

inuenimus. Sed beati hieroni
mi scripta relegentes agnouim.
quia habet sententiā. in hebraea
ueritate ita positam. n̄ quidē
iuxta uerbū. sed iuxta sensum
inuenire. Quis enī potest.
cur hos postquā dictū est. unū
quodq. uelabat corpus suum.
statim subditur. Itaque simili
ter uelabatur. Si enī diceret.
unum. et altere. loquendi rati
o staret. Post quā uero dictū
est. unum quodq. cur adicitur
altere. cū unum quodq.
om̄s comprehenduntur. sed &
si perfectior tam efficiētū
merita distinguimus. et unū
quodq. et alterū non in rationa
biliter positum uidemus.
Qui enī et sua desunt. et uirtu
tum pennas. ad proximōs in ex
emplum tendunt. proculdubio per
fecti sunt. Sunt autē plerūq.
parvulorū. quicorū lacrimas
concupiscunt et imitantur.
& qui nudi in suis prauitatib.
esse potuissent. scōs in galanti
oresq. uiros considerant. moxq.

suis prauitatib. irati. accedunt
ut plangant. inflamantur
ad poenitentia. Et qui uelare
scōs corpora sua conspiciunt.
ita ipsi quoq. lacrimas suas
alio uelantur. Se ipsos enī mag
nis increpationib. feriunt. cur
qui iustitias n̄ habent. peccata
sua minime deplorant.
sicut illi adhuc plangere non
desistunt. qui iam uirtutum
pennas. per exempla ad proxi
mos tendunt. In quib. uerbis
necesse ē. ut nos qui paruuli
adhuc sumus. perfectiorē semp
et uirtutes et lacrimas. ante
mentis irac̄ oculos ponamus.
Imitemur quos uillis aspiciunt.
ut dū coeperimus. per incre
menta crescere. possimus. ab
illo districto examinae. mala
quae fecimus. uelare. In assiduis
enī fletib. in cotidiana nra
poenitentia. habem̄ sacerdotē
in caelis. qui interpellat pro nob.
De quo etiā p̄ iohanne dicitur.
Si quis peccauerit. aduocati
habemus apud patre in ih̄m xpm

iustū. et ipse ē p̄piciacio p̄pecca-
tis n̄ris. ecce exultat animus.
cū aduocati n̄ri potentia audim̄.
Sed exultationē n̄ram. iterū remor-
det timor. quia ipse qui nobis
aduocatus ē. dicitur iustus.
Nos enī causas iniustitiae habem̄.
iustus uero aduocatus. iniustas
causas nullomodo suscipit.
nec uerba dare p̄ iniustitia con-
sentit. Quid ergo agimus karis-
sima fr̄s mei. sed ecce occurrit
animo quid agamus. Mala quae
fecimus. & deseram̄. & accusamus.
S criptū est. Iustus in principio
accusator ē sui. Quilibet etenī.
peccator conuersus in fletibus.
iā iustus ēē inchoat. cū coepe-
rit accusare qd̄ fecit. Cur enim
iustus n̄ sit. qui contra suam
iusticiā. iam lacrimas facit.
I ust' igitur aduocatus n̄r. iustos
nos defendit in iudicio. quia
nos metipsos recognoscimus.
et accusamus iniustos. Non ergo
in fletibus. n̄ in actib. n̄ris. sed
in aduocati n̄ri allegatione
confidamus. Qui uiuit et regnat

cū patre in unitate sp̄s sc̄i
d̄s p̄ om̄ia secula seculorū. Am̄.
EXPLICIT OMELIA VII.
INCIPIT OMELIA VIII

BEATI GREGORII PPAE
IN EZECHIEL

QUOD PER
EXEMPLA
iustorum. mul-
ti p̄ficiant. su-
perioris locutionis
fine tracta-
tū ē. Atq̄.
hoc ipsū p̄pheta nobis
certius aperit. cū his quae
dixerat. adiungit. Itaque
bā sonum alax. quasi sonū
aquarū multarū. Solent in
sacro eloquio. per aquas
populi designari. Unde per
iohannē dicitur. Aquae ue-
ro sunt populi. Idcirco
his aquis populus designa-
tur. quia continua sonū ha-
bet extumultu carnis. &
cotidie defluit ^{decursum} ex mortalita-
tis. Ut autē sepe iā dixim̄.
alē sunt animalū. uirtutes
sc̄orū. Quid ē ergo. quod p̄

pheta. alarum sonum audit
quasi sonum aquarum mul
tarum. nisi quod exomni po
tentis di. pietate. illae alae
uirtutu. que scis paucis
prius sonabant. iam nunc
predicatione diffusa. in mul
torum populorum conuersatio
ne resonant. Incarnato &
enim passo. ac resurgente dno.
paucis pennata animalia
fuerunt. quia rari ualde
extiterunt. qui caelestia de
siderarent. et uirtutu pen
nis se in alta suspendere.
Sed postquam diuinitatis ei
predicatio. in mundo dif
fusa est. quanti iam paruuli.
quanti grauiores. quan
ti fortes iuuenes. quanti
imbecilles. quante conuer
sae peccatrices. quante anus.
quante uirgines. p fide. per spem.
per amorem. ad caelestia euo
lant. quis dicere. quis ae
stimare sufficiat. ecce
alarum sonitus. qui prius
in paucis animalibus. fuit.

iam nunc in populis resonat.
iam nunc mundi multitudine.
ad caeleste desiderium. pen
ne uirtutu leuatur. Bene ergo
dicitur. Itaque audiebatur sonum alarum.
quasi aquarum multarum. quia
sicut praefati sumus. ille uirtu
tu sonus. qui in aure di. prius
ex paucis scis factus est. post
modum ex aquis multis. id est
ex innumerabilibus. est populis
multiplicatus. De quo adhuc
sono. bene additur. Quasi sonum
sublimis di. Quid est quod alarum
sonus in scis animalibus. quasi
sonus sublimis di dicitur. Nisi
quod omnipotens di. et ipse implet men
tes sanctorum caelesti desiderio. et
ipse exaudit impletas. Ipse et
enim creat in sanctorum cordibus
amorem. et ipse ex amantibus
cordibus. suscipit precem.
Negationem suam. petrus fleuit
amare. Sed tamen illic pre
mittitur. quia hic respexit
petrum. Venit maria magdale
ne post multas maculas culpe.
ad pedes redemptori nri cum

lacrims. Sed quis illā infudit
 intus. nisi qui benigne suscepit
 foris. quis illā ad lacrimas ur
 gebat p̄ conpunctionis sp̄m. nisi
 qui hanc exterius coram simul
 recumbentib. recipiebat adue
 niā. Redemptor igitur n̄r.
 peccatrici mulieris mentem.
 et trahēbat et suscipiebat. Trahe
 bat cum de culpa compungeret.
 suscipiebat ut a culpa liberaret.
Bene ergo iste alax sonus. qua
 si sonus sublimis dī dicitur.
 quia quicquid in uirtutibus
 scōre agit. eius ē gratia qui
 merita largitur. Qui recte p̄
 p̄phetā. sublimis dī eē memo
 ratur. In scriptura etenim sacra.
 aliquando dī nuncupatiue.
 Aliquando uero essentialiter
 dicitur. ^{nuncupatiue enim dī} sicut scriptum est.
 ecce constituite dīm pharaonis.
 & sicut moyses ait. Siquis
 hoc uel illud fecerit. applica
 illū ad eos. uidelicet ad sacer
 dotes. Qui rursum dicit.
 Deus n̄ detrahet. id ē sacerdotib.;
 sicut psalmista ait. Dī stetit

in synagoga dōz. in medio
 autē dōs discernit. Essentialiter
 autē dī dicitur. sicut ip
 se ad moysen dicit. Ego sum
 dī patris tui abraham. dī
 isaac. dī iacob. Unde pau
 lus ap̄t̄s. uolens nuncupati
 uum dī nomen. ab essentiali
 discernere. de redempto
 re n̄rō locutus est dicens.
Quorū patres. et ex quib. xp̄c
 secundum carnem. qui ē
 sup̄ om̄a dī benedictus in
 saecula. Qui enī nuncupa
 tiue dicitur. Dī inter omnia.
 qui uero essentialiter. dī
 sup̄ omnia est. Ut ergo
 ostenderet xp̄m natura
 liter dīm. n̄ hunc dīm tan
 tum modo. sed dīm super
 omnia eē memorauit.
Quia & electus quisq. sicut
 praemissum. uel in exem
 plo iustitiae prerogando
 positus. dici dī potest. sed
 inter om̄a. qm̄ nuncupa
 tiue dī. Xp̄c autē dī sup̄
 om̄a. quia naturaliter dī.

Quem ergo paulus dñm sup
omnia hunc ezechiel ppheta
dñm sublimem nominat.
Postquã uero dictũ e. Audi
eban sonum alarũ quasi
sonũ aquarũ multarum.
quia adhuc addit. quasi so
nũ sublimis dñi. etiã ^{hoc} utellege
re possim. qđ futurũ electis
omnib. scimus. Alan enim
sonitus sicut diximus. fuit
inpredicatorib. scis. Aqua
rum sonitus inconuersis.
etsequentib. populis. Sed is
dem ipse sonitus. erit quan
doq. sonus sublimis dñi. q̄a.
multitudo que nunc adfi
de p̄scos doctores trahit.
quandoq. incaeleste patria
congregatur. utibi om̄s elec
ti sine ^{sine} laudent. cũ uiderint
sine fine quem laudent.
Et quia tunc p̄fecte corpus
redemptoris efficitur.
omnis multitudo scõrum.
iuxta pauli uocẽ dicentis.
Et ipsa creatura liberabitur
a seruitute corruptionis

inlibertatem gloriæ filiorũ dñi.
eiq. tunc inherent. ut eis de
corruptione que per resurrec
tionẽ uincitur. iam nihil suo
scõ amore contradicat. Sed uin
ta gloriæ sui redemptoris fiat.
recte dicitur. quasi sonũ subli
mis dñi. Notandus ergo e ordo
describens. quia prius ex alis soni
animaliũ. qui postmodũ qua
si sonus aquarũ multarum.
ad extremum uero quasi sonus
sublimis dñi dicitur. Qđ enĩ pri
us predicauerunt sc̄i. hoc post
modũ crediderunt atq. tenuerunt
conuersi ad fidem populi.
Qui ad extremũ quoq. liberatori
omniũ reddent laudem. in cae
lestia subleuati. Sonus itaq. ani
malium fit sonus aquarum.
et sonus aquarũ. fit quasi sonus
sublimis dñi. quia laudem omni
potentis dñi. quam prius in mun
do pauci. hanc postmodũ mul
ti clamauerunt. et quã nunc
multi clamant. cũ adhuc eis
in semetipsis sua corruptio
repugnat. hanc in caelesti patria

electi om̄s. suo iam capiti unim.
 resonab̄nt. Adhuc autē scōre
 animalū opera. uirtutesq. descri-
 buntur. cum subditur. Cūambu-
 larent. quasi sonus erat multitu-
 dinis. ut sonitus castrorū. Super
 sonitum sublimis dī. laus nr̄i
 creatoris in caelesti patria designa-
 tur. mirandū non ē qđ rursus
 ad scōrū opera. in hac adhuc uita
 uiuentū. ppheticus sermo re-
 funditur. Quia sp̄s sc̄s in corde
 pphetarū. qđ simul ostendit in-
 tus. n̄ simul eicit p̄ linguā foras.
 A qua quippe scientiae. quā pphē-
 tantis animus repletur. in con-
 templatione uehementer exube-
 rat. Sed quia angustum ē spiritui
 omne os hominis. id ē formā
 carnis. ad explendā illam inmen-
 sitatem quae conspicitur. modo
 hoc. modo illud qđ aspicit. p̄fe-
 rendo lingua uariatur. Postquā
 ergo sonum alarū. quasi sonum
 sublimis dī ēē conspexit in cae-
 lis. rursus ad terras redit. & pen-
 nata anima. ha quid hic agat
 loquitur. ut illie summa mere-

antur. dicens. Cum ambula-
 rent. quasi sonus erat multitu-
 dinis. ut sonitus castrorū. Cum
 predicatorēs sc̄i. mundū pre-
 dicando. extrahendo. circueunt.
 animalia ambulante. Et quia
 hi etiā quos colligunt. statim
 ut crediderint. in laude nr̄i cre-
 atorū exurgunt. fit sonus qua-
 si sonus multitudinis. Et quia
 in predicatione eadē. bellum
 contra aeras potestates sumunt.
 recte subiungitur. ut sonitus ca-
 strorū. Cum enī sc̄i predica-
 toribus. fideles populi coniu-
 guntur. contra malignos sp̄s
 in p̄cinctu fidei. multitudines
 castrorū fiunt. Caelum coti-
 die fideles quiq. caelestib.
 desideris replentur. terrena
 dispiciunt. dura sibi. p̄ amore
 supernae patriae pponunt.
 contra potestates aeras castra
 fiunt. quia armati fide. et bonis
 operib. muniti gradiuntur.
 Quasi etiā quibusdā castris spi-
 ritualis exercitus. per paulū
 dicitur. Induite uos armati

ram dī. ut possint stare ad-
uersus insidias diaboli. Quia
non ē nobis colluctatio ad-
uersus carnem et sanguinem.
sed aduersus principes & po-
testates. aduersus mundi rec-
tores tenebrarū harū. contra
spiritalia nequitiarū in caelesti-
bus. Scōrū ergo multitudines
castra sunt. quae bellū con-
tra aeras potestates susceperū.
Unde eccl̄a uniuersalis eccl̄a.
ita sub specie dilecty describitur.
ut dicatur. Pulchra es amica
mea. suauis et decora sicut
hierusalē. terribilis ut castrorū
acies ordinata. Quia
enim hierusalē pacis ui-
sio interpretatur. cuius no-
mine patria caelestis expri-
mitur. sc̄a eccl̄a. suauis et
decora ut hierusalem dicitur.
quia eius uita et desiderium
uisioni iam pacis intimae
comparatur. Ut in eo qd̄ au-
ctorem suū diligit. quod
eius speciem uidere concu-
piscit. de quo scriptum ē.

l nque desiderant angeli p̄spi-
cere. per ipsa iam amoris sui
desideria. angelis sp̄ualis dicitur.
Quē ^{qu} tantum dō amabilis efficitur.
tantum agit. ut malignis sp̄itib.
terribilis fiat. Qualiter autem
sit terribilis. subiecta compari-
tione ostendit. idē ut castrorū
acies ordinata. Quid ē qd̄ sc̄a
eccl̄a. hostibus suis ut castrorū
acies timenda fit? n̄ enim ama-
gno intellectu uacat ista com-
paratio. et ad circo ē subtiliter
intuēda. Scimus et constat. quia
castrorum acies tunc hostib. ter-
ribilis ostenditur. quando ita
fuerit constipata atq. densata.
ut in nullo loco interrupta uide-
atur. Nam si ita disponitur. ut
locus uacuius. per quem hostis
possit ingredi. dimitatur. p̄fec-
to iam suis hostib. terribilis
non ē. Et nos ergo cū contra
malignos sp̄s. spiritalis certami-
nis acie ponimus. summopere
neceffe ē. ut per caritate semper
uniti atq. constricti. et numquam
interrupti p̄ discordia uideamur.

Quia quolibet in nobis opera fue-
 runt. si caritas desit. per malum
 discordie. locus aperitur in acie.
 unde ad feriendos nos ualet ho-
 stis intrare. Antiquus enim vni-
 cas. castitate in nobis si sine cari-
 tate fuerit. non timet. quia ip-
 se nec carne premitur. ut in ei
 luxuria dissoluatur. Abstinen-
 tiam non timet quia ipse cibo
 non vitatur. quia necessitate cor-
 poris non urgetur. Distributione
 terrenarum rerum non timet. si et
 de operi caritas desit. quia di-
 uinarum subsidis nec ipse eget.
 Valde autem in nobis caritatem ueram
 id est amorem humile. quem
 nobis uicissim impendimus. timet.
 et nimis concordie nostre inuidet
 qui hanc nos tenemus in terra.
 quam tenere nolens. ipse amisit
 in caelo. Bene ergo dicitur. ter-
 ribilis. in castrorum acies ordinata.
 quia electorum multitudinem. eo
 maligni spiritus pertimescunt. quo
 eos per caritatis concordiam. uni-
 tos contra se et in globatos as-
 picunt. Quanta autem sit con-

cordiae uirtus ostenditur.
 cum sine illa uirtutes relique
 uirtutes non esse monstrant.
 Magna enim est uirtus absten-
 tiae. Sed si quis ita ab alimen-
 tis abstinet. ut cetero in cibo
 diiudicet. et alimenta eadem
 que deus creauit ad percipien-
 dum congruam actione si-
 debus. etiam damnat. quid
 huic abstinentiae uirtus
 facta est. nisi laqueus culpe.
 Unde psalmista quocumque nullam
 esse abstinentiam sine concor-
 dia designans ait. Laudate
 eum in tympano et choro.
 In tympano enim corium sic eum
 resonat. in choro autem. uoces
 concorditer cantant. Quid
 ergo per tympanum. nisi absti-
 nentia. et quid per chorum.
 nisi caritatis concordia de-
 signatur. qui itaque sic absti-
 nentiam tenet. ut concordiam
 deserat. laudat quidem in ty-
 pano. sed non laudat in cho-
 ro. Et sunt nonnulli. quidum
 plus sapere quam necesse est

Student. apximoxe pace
resiliunt. dum eos uelut
hebetes. Stultosq. contempnunt.
Vnde pseueritas ammonet
dicens. Habete sal in uobis.
et pacem habete inter uos.
Vt quisquis habere sal sapien-
tiae studet. curet necesse e.
quatenus a pace concordiae
numquam recedat. Quod
uero de his duabus uirtu-
tibus diximus. hoc e dece-
teris omnib. sentiendum.
Vnde terribiliter. paulus ad-
monet dicens. Pacem se-
quimini cu omnib. et sci-
moniam. sine qua nemo
uidebit dm. Quia aut ni-
hil. sine concordia do pla-
cet. ipsa perse ueritas de-
monstrat dicens. Si offeres
munus tuum ad altare. &
ibi recordatus fueris. quia
fr tuus habet aliquid aduer-
sum te. relinque ibi mu-
nus tuum ante altare. &
ua. prius reconciliare fr-
tuo. & tunc ueniens offer

munus tuum. Cece ad discordanti-
bus accipere non uult sacrificium.
holocaustum suscipere recusat.
Hic ergo perpendite. quantum
malum discordiae. ppter qd
et illud abicitur. p qd culpa la-
xatur. Quia electi uero semper
in caritate coniuncti sunt. &
hec eade eorum caritas. sonum
laudis reddit auctori. malignis
uero spiritib. idest antiquis suis
hostib. poenam incutit timoris.
recte nunc de pennatis animal-
ibus dicitur. Cum ambulare. I.
quasi sonus erat multitudinis.
ut sonus castrorum. Libet aut ab
exortu scae ecclesie. fidei oeu-
los usq. ad finem mundi ten-
dere. & haec eade castra quo-
modo ambulent uideri. Castra
enim. multitudinis appellan-
tur exercitus. cu in punctu per-
gunt. aut incerto quolibet lo-
co. intinere demorantur. Ca-
stris ergo uia e. uita presentis
saeculi. omnib. concorditer ui-
uentib. scis. Alia aut sunt ca-
stra predicantium. qui huc illucq.

pcolligendis animabus. in se o
 peris pcurati laborant. alia cas
 tra continentium. atq. ab hō mun
 do rēdentium. qui contra ma
 lignorū spirituum bella. coti
 die in corde se preparant. Nā
 castra bonorū conjugatorū. qui
 uiuentes in amore omnipotentis
 dī concorditer. sic uicissim sibi
 carnis debitum soluiunt. uitam
 quid dō de bonis operibus debe
 ant. nullatenus obliuiscantur.
 Sed et si homines delinquit. I.
 haec incessanter pijs actibus
 redimunt. Quia ergo distinc
 ti fidelium ordines. ab exostu
 scae ecclesiae. usq. ad finem
 mundi concorditer uiuentes.
 contra potestates aeras dimi
 cant. castra ambulant. Et fit
 quasi quidam castrorū soni
 tus. quia in eis ad laudē omni
 potentis dī. et uirtutū gladii.
 et arma miraculorū sonant.
 De scīs uero animalib. adhuc
 subditur. Cumq. starent. di
 mittebantur pennae eorum.
 Sicut scā animalia. quando

ea quae dī sunt. intenta con
 templatione considerant.
 Sed eorū pennae deponuntur.
 quia dū alta dī iudicia aspi
 ciunt. suae eis uirtutes uales
 cunt. Qd aperte exponitur.
 cum statim subditur. Nam
 cum fieret uox super firma
 mentum qd erat super caput
 eorū. stabant et sumittebant
 alas suas. Firmamentum. supe
 rius. sub intellectu duplici in
 dicauimus exponendum.
 Possunt enī sicut dictum est.
 firmamenti nomine. caelestes
 potestates intellegi. Et potest.
 firmamenti nomine. incar
 natus unigenitus. p hoc qd
 in eo natura nra ad aeternita
 tem firmata ē designari.
 Prius ergo qd sentimus. de an
 gelis. & postmodū de dno an
 gelorū loquamur. Ecce enim
 dicitur. cum fieret uox sup
 firmamentum. stabant. & sum
 mittebant alas suas. Quo in
 loco hoc primum sciendum
 ē. quia non summittere.

ab inferiori ad superiora ten-
dere. sed a superiori ad inferiora
a se deponere debet intelle-
gi. propter hoc quod premissum est.
cum starent. dimittebantur
penne coram. Querendum itaque
nobis est. quae sit uox. quae super
firmamentum fit. Sed eun-
dem uocem melius intelle-
gimus. si abimus ad superiora
gradientes. quasi quibus-
dam passibus ascendamus. Sicut
auditus corporis excitatur
uoce. Ita sensus mentis exci-
tatur intellectu. qui de vite-
rioribus agit. Vox ergo est in
mente. quasi quidam sonus
intellegentiae. Sed sciendum
est. quia nostris sensibus aliquan-
do uox carnis loquitur.
aliquando uox animae.
aliquando uox firmamenti.
aliquando uox quae super
firmamentum est. Ponamus
ergo ante oculos. quod quispi-
am sit Iesus proximo. Qui
ex humana ratione cogitat.
ut uicem laesioni reddat.

malum pro malo retribuatur. Huic
uox carnis loquitur uiuente.
quia cum diuina mandata pre-
cipiant. bene nos facere his
qui oderunt nos. quisquis ma-
le facere se odientibus cogitat.
in eius animo carnis uox sonat.
Multa terrena cotidie agimus.
post haec adoratione redimus.
accenditur ad compunctionem
animus. Sed carnis retinere ^{quasi}
imagines uersantur uiuente.
et intentione compunctionis pre-
pediunt intentione. et quod uolen-
tes foris egimus. hoc intus pa-
timur inuiti. Ut quaedam cogita-
tionum fantasmata. mentem
per imagines corporeas disper-
gant. ne stricte totam inteno-
ne se colligat. Haec quoque uox
carnis est. Cum uero eustam
sublegimus. atque ab oculis men-
tis. cunctas corporeas imagines
effugimus. ipsam in nobis me-
tipsis naturam animae queren-
tes. qualis sit quae carnem ui-
uificare potest. sed semetipsa
stringere in bonis cogitationibus.

sicut desiderat non potest. inuenimus quendam intellectualem spiritum creatoris potentiam uiuentem. corpus quod sustinet uiuentem. sed tamen obliuioni subditum. mutabilitati subiectum. Quem sepe timor afficit. Laetitia extollit. Ipse itaque intellectus anime. uox eius est. quia sonat quod est. Quod tamen adhuc uox. subfirmamento est. Sed transcendentem animam. uocem defirmamento querimus. cum illa sanctorum angelorum innumera multitudo. in omnipotentis domini conspectu qualis sit inuestigamus. quae sit in eis sine fine festiuitas uisionis dei. Quae laetitia sine defectu. qui amoris ardor non crucians sed delectans. quantum in eis sit desiderium uisionis dei. cum anxietate. et quantas satiety cum desiderio. In quibus nec desiderium poenam generat. nec satiety fastidium parit. Quomodo inhaerendo beatitudini sint beati. Quomodo contemplando semp

aeternitatem. sint aeterni. Quomodo conuincti uero luminis. facti sunt lux. Quomodo aspicientes semp incommutabilem. mutati sunt in incommutabilitatem. Sed cum ista de angelis cogitamus. adhuc uox defirmamento est. non super firmamentum. Transiit ergo animus. et transcendat omne quod creatum est. in solo creatoris sui lumine. fidei oculos figat. quod unus uiuificat omnia. qui creat ut dicitur. Quod ubique est. et ubique totus. quod in circumscriptione scriptis. et in comprehensibilis. sentiri potest et uideri non potest. quod nusquam deest. et tamen ab iniquorum cogitationibus longe est. Quod nec ibi deest ubi longe est. quia ubi non est per gratiam. adest per uindictam. Quod omnia tangit. nec tamen omnia equaliter tangit. Quaedam enim tangit ut sunt. nec tamen uiuificant et firmant. sicut sunt cuncta insensibilia.

Quedā tangit ut sint · uiuant et
sentiant · nec tamen ut discernant.

sicut sunt bruta animalia.

Quedam tangit ut sint · uiuant
& sentiant et · discernant.

sicut ē humana et angelica na-
tura · et cum ipse numquā sibi
met ibi sit dissimilis · dissimu-
liter tamen tangit dissimilia.

Quod ubiq. presens ē · et inueni-
ri uix potest · Quod stantem
sequimur · et adprehendere nō
ualemus · Ponamus ante ocu-
los mentis · quę illa natura sit ·
quę tenet omnia · & implet
omnia · circum plectitur
omnia · Sup̄ excedit omnia ·
sustinet omnia · Nec alia ex
parte sustinet · atq. alia sup̄
excedit · Neq. alia ex parte im-
plet · atq. alia circumplectit̄ ·
sed circum plectendo implet ·
implendo circum plectitur ·
sustinendo super excedit ·
sup̄ excedendo sus̄tinet.

Huius naturae potentiam · cū
strictus uia cogit̄ animus ·
uox super firmamentum fit.

quia eius intellectū concepit · qui
et angelorum sensum · sua inconpre-
hensibilitate transcendit · Cum ergo
uox super firmamentum fit ·
stant animalia & summittunt alas
suas · quia ^{scō} mentes · cum creatoris
sui potentiam · intenta contem-
platione considerant · uilesunt
eorum animo uirtutes quas ha-
bent · Et uito sunt apud se hu-
miles · quanto eis illud altum ē ·
qd̄ sup̄ angelos sonat · fortasse enī
doctores sunt · sed cum coeperunt
tacita mente cogitare · quęsit in-
effabilis dī sapientia · quę mentes
hominum sine strepitu uerborū
docet · Et quomodo hæc eadem
sapientia · si auditorum mentes
nō docet · uox docentium uacue
laborat · sua eis p̄tinus doctrina
uilesit · quia neq. qui plantat
ē aliquid · neq. qui rigat · sed qui
incrementū dat dī · fortasse p̄-
phete sunt · sed cum tacita men-
te considerant · quia p̄phetiae
suae oculo · simul om̄a diuini-
tatis mysteria penetrare n̄ pos-
sunt · Quā sicut ait apostolus ·

Ex parte cognoscimus et ex parte
 prophetamus. nulla immensitate
 secretorum uidentur. quia par-
 uum est omne quod uidetur. atque ex
 ipsa amplitudine luminis con-
 siderant. quia minus sit illud
 quot uento oculo quasi per
 Quatenus dum super uosmetipsos
 eos pro bono quod ipsi habent: &
 uos non habetis aspiciatis: Ad hoc
 quoque obtinendum etiam uos
 ex humilitate crescatis: Si enim
 & uos in illis accepta bona per
 penditis: & illi in uobis conside
 rant dona quae habetis: uicissim
 uos alii tangitis: ut excitati sem
 per ad caelestia uoletis.
 SEQUITUR. Et uocem rota
 rum sequentium animalia: et
 uocem commotionis magna.
 In uotis sacri eloquii testamen
 ta signari superius diximus.
 Vox igitur rotarum est sermo tes
 tamentorum: post uocem itaque

alarum animalium auditur
etiam uox rotarum qui a predi-
cantium sermone suscepto du-
uistutes sanctorum ad altiora agen-
da euolant seq; uicissim ad pfe-
ctum pulsant. statim scē ecclesie
erigitur. ut per uniuersum
mundum. sanctorum testamen-
torum paginae legantur. Ubiq;
scē enim iam scē euangelium ubiq;
apostolorum dicta. ubiq; lex &
pphetiae resonant. Post alarum
ergo uocem uox rotarum sequi-
tur. Quia post sanctorum miracula.
uerba sacri eloqui in tra scē
aecclesiam libere & licenter
audiuntur. Quae rotae anima-
lia sequuntur. quia sicut supe-
rius dictum est. Post quam in
honorem uenit. uita sanctorum.
ueneranda quoq; apparuerunt
hominibus eloquia testamento-
rum. Vel certe rotae animalia
sequuntur. quia in sanctorum pa-
trum uita cognoscimus. quid
in sacrae scripturae uolumine
intelligere debeamus. Illorum
quippe nobis actio aperit hoc

qd in suis predicationibus pagina-
testamentorum dicit. Sed queren-
dum nobis est. cur post qua supe-
rius dictum est. audiui post me uo-
cem commotionis magnae. Post
uocem quoq; alarum atq; rotarum
subditur. & uocem commotionis
magnae. Quod si diligenter aspi-
citur. inueniri potest quia non
otiose repetitur. Quae quippe sunt
commotionis. quibus corda nostra com-
mouentur. Una quippe commotio
ex timore est. altera ex caritate.
Una fit ex luctu penitentium. alia
ex seruire amantium. Post predi-
cationis ergo uerbum. prima com-
motio est. cum plangimus mala
quae fecimus. Post uocem uero ala-
rum & rotarum. secunda commo-
tio est. dum magnis fletibus que-
rimus caelestia bona quae audimus.
Ecce enim quia in tra scē ecclesia
de multis patribus uirtutum exem-
pla cognoscimus. quasi alarum so-
nitum cotidie audimus. Et quia
ubiq; sacra eloquia personant. qua-
si rotarum uocibus excitamur.
Et quia per eadem sacra eloquia

adamorem nri conditoris accendi
 mur. Magni seruatoris ignibus arden-
 tes esse nos longe adhuc ab omnipotē-
 di facie plangimus. Post primam
 ergo uocem commotionis magnę.
 ad extremum quoq; uox magnę
 commotionis fit. Quia qui cognos-
 cendodm̄ coepimus peccata plange-
 re. lam diligendo quem cognouimus
 non cessamus eum cum fletibus de-
 siderare. Post rotarum itaq; uocē.
 uox magnę commotionis sequit̄.
 quia cum testamenta dī in aure cor-
 dis sonare coeperint. audientium
 sp̄s ex amore conpunctionis ad la-
 menta commouetur. Hinc est enī
 qđ scripturę sacrę uerba sunt
 in corde legentium ^{et suauit̄} rapida. Hinc est
 qđ ab amantibus plerumq; in si-
 lentio. quasi furtiue & tacite le-
 guntur. Unde p̄ prophetam quoq;
 alium dicitur. Præcidisti in alie-
 natione capita potentium. mo-
 uebuntur in ea gentes. & aperient
 ora sua. sicut pauper edens in ocul-
 to. Om̄ps enim d̄s. in alienatione
 capita potentium præcidit. quia
 iudeorum superbiam. a se metipso

alienando reppulit. In qua alie-
 natione gentes motę sunt. quia
 dum iudei a fide caderent. ad cog-
 nitionem fidei. corda gentilium
 cucurrerunt. Quę uidelicet gen-
 tes. in sacrę lectionis pabulo. os cor-
 dis aperunt. & in occulto sicut
 pauper comedunt. quia cum
 festinatione & silentio. uerba
 uitę legentes sumunt. Sed sci-
 endum est. quia quanto audito-
 res in caritate atq; intellectu p̄fi-
 ciunt. tanto sēs predicatoribus.
 maior gratia sp̄s datur. Unde cū
 prius p̄pheta dixisset. assumpsit
 me sp̄s & audiui post me. uocem
 commotionis magnę. post uocē
 commotionis magnę. alarum atq;
 rotarum. atq; iterum cōmotionis
 magnę. Illico subiungit. Sp̄s quo-
 q; eleuauit me. & assumpsit me.
 Cur quise assumptum iam ab sp̄u
 dixerat. iterum eleuatum & as-
 sumptum narrat. Sed ad altiora
 mens predicantium p̄ficit. cum
 per eos sensus audientium. ad om-
 nipotentis dī desiderium cōmouet̄.
 Quia uidelicet predicatores sēi.

ideo proficiunt. ut per eorum mun-
derium. dona gratiae in sancta ecclesia
multiplicentur. Sicut de hac eade
sancta ecclesia scriptum est. Riuus scilicet
inebriat. multiplicat generationes
eius in stillicidius suis laetabitur
cum exortetur. Riuus quippe eccle-
siae. sancti predicatorum sunt. qui
terram nostri cordis infundunt.
Sed cum inebriantur riuus genera-
tiones ecclesiae multiplicantur.
quia cum uberiorem gratiam spiritus pre-
dicatores accipiunt. fidelium nu-
merus augetur. Quae sancta ecclesia.
in stillicidius suis laetatur. In stillic-
idio enim aqua de caelo in ter-
ram cadit quae de caelo ceciderat.
in tectum. Tectum uero ecclesiae. sancti
predicatores sunt. qui nos inter-
cedendo. & admonitionibus mu-
nendo. protegunt. Sed quia illorum
cor diuinitus in predicatione in-
funditur. quasi aqua de caelo
uenit in tectum; quia uero nos
eorum uerbis irrigamur. quasi
aqua de caelo defluit in terram.
Sancta itaque ecclesia dum exortitur. in
stillicidius suis laetatur. quia cum

in fide & bonis operibus nascitur. ea
quae accepit. dona considerat. & in
uerbis predicantium exultat.
Quia ergo auditoribus ad meliora
surgentibus. eorum quoque predica-
toribus gratia multiplicatur. Prophe-
ta dicit. Spiritus quoque eleuauit me &
assumpsit me; Unde enim predica-
tor magis ac magis eleuatur. & as-
sumitur. Unde auditur ad melio-
rem uitam mutatur. Sed queren-
dum nobis est. cum spiritus mente non
eleuet nisi assumpsit. cur prius
eleuauit & postmodum dicitur
assumpsit. Sed hoc loco assumpsit
dictum est. constanter tenuit.
Non sunt nonnulli quos eleuat spiritus
sed non assumit; quorum & intellec-
tus ad spiritualia emicat. & tamen
uita in factis carnalibus remanens.
intellectum non concordat. Balaam
namque per prophetiae spiritum eleuatus
erat. sed assumptus non erat. qui
et ueraciter potuit longe post fu-
tura prospicere. & non ⁱⁿ terrenis
desideriis mentem noluit separa-
re. Sed quia propheta se scientia ele-
uatus est. & uita pariter assumptus

iam qualis in predicatione pergat
 audiamus. Et abn amarus in indigna
 tione sp̄s mei. Pensate fr̄s em̄: si eu
 dona sc̄i sp̄s creuerant. cur amarus
 abibat; an omne cor qd̄ is dem sp̄s
 assumit. amarum in indignatione
 sui sp̄s facit. Unde sciendum est.
 quia cui adhuc pr̄sens uita dulcis
 est. etiam si uerbum di loqui uidea
 tur. eleuatus & assumptus predi
 cator non est. contentem enim quā
 sc̄i sp̄s replet. in amaritudine tem
 poralium. & dilectione aeternorum
 commouet. Dulce enim est esse in re
 bus humanis. sed ei qui adhuc de cae
 lestibus nulla gaudia gustauit.
 Quia quanto minus aeterna intelle
 git. tanto delectabilius in tempo
 ralibus requiescit. At si quis iam
 cordis ore gustauerit. quē illa dul
 cedo caelestium praemiorum. qui
 illi r̄m̄i diei angelorum chori.
 quē inconprehensibilis iusto sc̄ae
 trinitatis. huic quanto illud dul
 ce sit. quod intus uidet. tantum
 amaritudine uestitur. omne qd̄
 foris sustinet. Rixatur secum
 de his quae male egisse se recolit.

& sibi met ipsi displicet. cum ei ille
 placere iam coeperit. qui omnia
 creauit. Reprehendit se de cogita
 tionibus. insequitur de uerbis. & pu
 nit flendo de factis. Superius in
 hiat. terrena iam omnia per mentis
 dispectum calcat. Et quam diu illud
 qd̄ desiderat. adhuc per speciem
 non habet. flere dulce habet. se seq̄
 continuus lamentis affligere. Et
 quia nec dum se esse in patria. ad
 quam creatus est uidet. In huius
 uitae exilio nihil ei plus aliud.
 quam sua amaritudo placet. De
 dignatur & enim subiacere tem
 poralibus. & ardentem suspirat
 aeternis. Unde recte quoq; per
 salomonem dicitur. eo qd̄ in mul
 ta sapientia. multa sit indigna
 tio; & qui apponit scientiam. ap
 ponit dolorem; Caelestia etenim
 cognoscentes. terrenis animum
 subdere dedignamur. Et dum
 plus sapere incipimus. de aeter
 nis. de his quē male egimus. nob̄
 ipsis irascimur. Et fit in multa
 sapientia multa indignatio. quia
 quanto plus proficimus in cogni

tionem. tanto nobis indignamur
amplius de peruerso opere. Atque
scientia dolor crescit. quia quanto
aeterna cognoscimus. tanto magis
esse nos in huius exilii miseria dolemus.
Vel sicut translatione alia dicitur.
Et qui addit scientiam. addit la-
borem. Quo enim scire incipimus.
quae sunt caelestia gaudia. Et
magis. ut terrorum inferorum laque-
os possimus flendo euadere. Labo-
ramus. In multa ergo sapientia.
multa est indignatio. quia si aeternam
iam sapimus. concupiscere te-
poralia dedignamur. Si aeterna
iam sapimus. nosmet ipsos dispici-
mus egisse hoc. quod potuit nos
ab aeternitatis amore separare.
Reprehendit semet ipsam conscien-
tia. accusat quod egit. damnat
per penitentiam quod accusat. fit
rigida in animo. pace parturiens
cum deo. Sic achab iniquus rex
propheta reprehensus. cum contra
se diuinam sententiam audisset.
pertimuit. & magno metore
depressus est. Ita ut prophetae suo
dominus diceret. Nonne iudisti humi-

liatum achab coram me. Quia igitur
humiliatus est mei causa. non indu-
cam malum in diebus eius. In quibus
domini uerbis pensandum est. Quo-
modo ei in electis suis metor. amaritu-
dinis placeat. quia mittere timent
dominum. Si sic ei & in reprobo penitentia
placuit. qui timebat perdere pre-
sens saeculum; Aut quomodo ei
grata sit spontanea afflictio. peccatis
meis qui placent. Si haec ad tem-
pus placuit & in illo qui displicebat.
Sed sciendum est. quia nullus haec
pro amore omnipotentis domini ex toto corde
agere potest. nisi si cuius animum
spiritus sanctus assumpsit. Nam quando
homo ex sua uirtute sufficiat. terre-
na dispicere. caelestia amare. pace
cum deo querere. Secum rixam sub-
ire. in cogitatione semet ipsum re-
prehendere. & gemitibus punire.
Nullus haec agere. nisi quem diuina
gratia roborauerit ualeat. Unde &
subditur. Manus enim domini erat me-
cum. confortans me. Ad bona quippe
ad surgere perfecte non possu-
mus. nisi nos spiritus & preueniendo ele-
uet. & subsequendo confortet; Sed

querendum est. cum superius de uolu-
mine qd acceperat scriptum sit. &
factum est in ore meo sicut mel dul-
ce. qua ratione post modum dicitur.
Abi amarus. in indignatione sps mei;
Mirum quippe ualde est. si dulcedo si-
mul & amaritudo conueniant. Sed
iuxta superiorem sensum sciendum est.
quia cui sermo di in ore cordis dul-
cescere coeperit. huius pculdubio
contra semetipsum animus amarescit.
Quo enim nullo subtiliter dicitur qua-
liter se reprehendere debeat. et se di-
uinus per amaritudinem penitentiae
castigat. Quia tanto sibi magis dis-
plicet. quanto in sacro uolumine.
amplius de omni re deo uidet quod
amet. Sed quia ad ista pficere sua-
uitate non ualet homo. recte nunc
dicitur. Manus enim dñi erat me-
cum. confortans me. Manus autē
dñi in sacro eloquio. aliquando
etiam unigenitus filius appellat.
Quia omnia per ipsum facta sunt. & de
eius ascensione. p mosen pater
omps loquitur. dicens. Tollam in ce-
lum manum meam. haec manus
que electorum suorum corda con-

fortat. discipulis dicebat. sine me
nihil potestis facere; in omne ergo
quod cogitamus. in omne qd agi-
mus. semper orandum est. ut & ipso
adspirante cogitemus. & ipso ad-
iuuante faciamus. Qui uiuit &
regnat cum patre in unitate sps
sci per omnia saecula saeculorum. Amen.

**INCIPIT OMELIA
VNDECIMA**

INTER CETERA PROPHETIAE
miracula. hoc quoque mirandum
habent libri pphetarum. quia sicut
in eis uerbis res ita non nunquam
uerba rebus exponuntur. ut eoru
non solum dicta. sed etiam res geste
pphetiae sint. Unde nunc dicitur.
Veni ad transmigrationem. ad acer-
uum nouarum frugum. ad eos
qui habitabant iuxta flumen
chobar. Cum causa exigeret. ut in-
dicare debuisset. quia ad trans-
migrationem uentret. quae di-
cendi necessitas fuit. ut per fruges
locum quoque exprimeret dicens.
Ad aceruum nouarum frugum.
nisi quod saepe per res et loca.
causae signantur. Multi quippe

ezechiele ppheta ante iam captiuitatis anni deflexerant. Atque ex his qui in captiuitatem ducti fuerant. Plures iam in morte carnis obierunt ad quorum filios loqui ppheta ueniebat. Unde & superius dicitur. Fili hominis mitto ego te ad filios israel. ad gentes apostaticee que recesserunt a me. Latres eorum pruaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc. Et filii dura ceruice & indomabili corde sunt ad quos ego mitto te. Ex quibus quia multi fuerant credituri atque per obedienciam ad fertilitatem boni operis perueniunt aceruus frugum uocantur. Quia enim bonae animae fruges appellantur dicit ppheta alius testatur dicens. Si sicut dno primitiae frugum eius; fruges & enim dno etiam conuersae ad fidem gentes post modum factae sunt. Sed quia prius israel dno credidit. recte hunc ppheta frugum eius primitias appellauit. Quia ergo ppheta missus non priori populo sed filius eiusdem populi uerba intulit. ad aceruum fru-

gum nouarum uenit. Quid uero per chobam fluvium designetur supra diximus que nequaquam modorepetimus. ne repetendo fastidium generemus. SEQUITUR. Et sed i ubi illi sedebant. & mansi ubi septem diebus merens in medio eorum. Notandum captiuo populo ppheta se quanta compassione se copulat. eorumque meroribus con sedendo et merendo coniungit. quia radix uerbi est iustus operis. & ille sermo ab audiente libenter accipitur. qui a predicante cum compassione animi profertur. Sic ferrum cum ferro iungitur. liquatur prius et post modum uicissim a se ipso tenetur. Si enim prius minime mollescit. post modum fortiter tenere non sufficit. Sic ppheta captiuo populo consedit. & merens in medio eorum extitit. ut dum per caritatis gratiam condescendendo se ei molliorem redderet eum statim per uerbi fortitudinem teneret. Sin uero israeliticus populus quidomus exasperans uocatur. quia culpas nec inter flagella cognouit nullo

merore animum depressit. propheta
inter gaudentes merens sedere studuit.
ut tacendo ostenderet. quid loquen
do uenerat docere. Et prius quam uer
ba faceret. in hoc qd merens tacuit.
formam uerborum sumpsit.
SEQUITUR. Cum autem petran
sissent septem dies. factum est uerbu
dni ad me dicens. In eo qd septem dieb.
merens sedit. & post die septimum
uerba dominice uisionis accepit.
ut loqui debuisset. aperte indicat.
quia eisdem diebus merendo tace
rat. Missus enim ad predicandum
fuerat & tamen septem diebus sedens
tacebat. Quid est hoc qd nobis pro
pheta ses in hoc suo silentio innuit.
nisi quia ille loqui ueraciter nouit.
qui prius bene tacere didicerit. qua
si enim quoddam nutrimentum
uerbi est. censura silentii. & recte p
exerescens quocq. gratiam sermo
nem accipit. qui ordinate ante per
humilitatem tacet. Hinc enim per
salomonem dicitur. Tempus tace
di & tempus loquendi. Non enim
ait. Tempus loquendi & tempus
tacendi. sed prius tacendi premit

tit tempus. & post modum subdit.
loquendi. quia non loquendo ta
cere. sed tacendo debemus loqui
discere. Si ergo ppheta ses qui mis
sus ad loquendum fuerat. diu prius
tacuit. ut post modum recte loque
retur. Pensandum nobis est. quan
ta e culpa sit non tacere. quem nul
la cogit necessitas loqui. **SEQUITUR.**
Eli hominis speculatorem dedite
domui isabel. Notandum qd eum
quem dns ad predicandum mittit.
speculatorem esse denuntiat. Cui
enim cura aliena committitur.
Speculator uocatur. ut in mentis al
titudine sedeat. atq. uocabulum
nominis. ex institute actionis trahit.
Non est enim speculator. qui in mo
est. Speculator quippe. semper
in altitudine stat. ut que quid
uenturum est longe pspiciat.
Et quisquis populi speculator
ponitur. in alto debet stare per
uitam. ut possit pdesse per pui
dentiam. Hinc ppheta alius spe
culatorem admonet dicens. Sup
montem excelsum ascende. tu
que euangeli. as sion. Ut in deli

Silencium

Speculatore

Silencium
uoluit

et qui predicationis locum suscipit.
ad altitudinem bonae ascendat acti
onis ad excelsa transeat. & eorum
qui sibi commissi sunt opera tran
scendat. Quatenus subiectorum
uitam tanto subtilius uideat.
quanto citius terrenis rebus quas despi
cit. animum non subponit. O
quam dura mihi sunt ista quae
loquor. quia me met ipsum lo
quendo ferio. cuius neque lingua
indignum est predicationem
tenet. neque in quantum tenere
sufficit. uita sequitur lingua
qui otiosis uerbis saepe implicor.
& ab exhortatione atque aedifi
catione proximorum torpens
& negligens cesso. Qui in con
spectu dei factus sum mutus et
uerbosus. mutus in necessariis.
uerbosus in otiosis. Sed ecce ser
modi despeculatoris uita con
pellit ut loquar. tacere non
possum. Et tamen loquendo.
me ferite per timeo. Sic amidi
cam. et uerbi dei gladius. etiam
per me ipsum ad configendum
cor proximi transeat. Dicam

dicam. ut etiam contra me. sermodi
sonet per me. Ego me reme esse non
abnego. torporem meum atque ne
glegentiam in deo. Erat fortasse a
puerum in iudicem imperatio ueni
ae. ipsa cognitio culpae. Et quidem
in monasterio positus. ualebam
& ab otiosis linguam restringere.
Et in intentione orationis pene con
tinue mentem tenere. at postquam
cordis humerum. sarcinae pastoralis
subposui. colligere se ad tenet
ipsum assidue non potest. animus.
quia ad multa perstritur. Cogor
namque modo ecclesiarum modo
monasterium causas discutere.
Saepe singulorum uitas actusque pen
sare. modo quaedam ciuium nego
tia sustinere. modo de irruentibus
barbarorum gladius gemere. Et co
missis gregi insidiantes lupos time
re. modo rerum curam sumere. ne
desint subsidia eis ipsis. quibus
disciplinae regula tenet. modo
raptos quosdam. aequanimiter
perpeti. modo eis sub studio serua
tae caritatis obuiare. Cum itaque
actor & tanta cogitanda scissa

ae dilaniata mens ducitur. quan-
do ad semet ipsam redeat. Ut totam
se in predicatione colligat. & ap-
ferendi uerbi ministerio non rec-
dat. quia autem necessitate loci
sepe uiris secularibus uingor. non
numquam mihi lingua disciplina
et. Nam si in assiduo censurae
uigore me teneo. scio quod
ab infirmioribus fugior. eosq; ad
hoc qd appeto numquam traho.
Vnde fit. ut eorum saepe & otiosa pa-
tienter audiam. Sed quia ipse quo-
q; infirmus sum. in otiosis sermoni-
bus paulisper tractus. libenter iam
ea loqui incipio. quae audire coe-
petam inuitus. & ubi te debet cadere.
libet iacere. Quis ergo uel qualis
speculator sum qui non in monte
operis sto. sed adhuc in ualle infir-
mitatis iaceo. Potens uero est huma-
ni generis creator & redemptor. in-
digno mihi & uitae altitudine & lin-
guae efficaciam donare. Peuius a-
more meus eloquio nec mihi pareo.
Esse ergo speculatoris uita. & alta de-
bet semper & circumspicere. Ne eni
terrenarum rerum a noni succubat.

29
alta sit. Ne occultis hostis iaculis ferat^r
ex omni latere circumspicere neq; hoc
speculatori sufficit. ut altum uiuat.
nisi ut loquendo assidue. ad alta
auditores suos pertrahat. eorumq;
mentes ad amorem caelestis patrie.
loquendo succendat. Sed tunc haec
recte ait. cum lingua eius exiuita
arsert. Nam lucerna quae in semet
ipsa non ardet. eam rem cui sub po-
nitur non accendit. Hinc enim
de iohanne ueritas dicit. Ille erat
lucerna ardens & lucens. Ardens
uidelicet per caeleste desiderium.
lucens per uerbum. Ut ergo seruet^r
ueritas pdicandi. teneat^r neces-
se est altitudo uiuendi. Vnde
recte quoq; scilicet ecclesie sponsi
uocem in cantico canticorum dicitur.
Nasus tuus sicut turris libani; quae
rogo laus est frs mei ut sponse na-
sus. turri comparetur. Sed quia
per nasum semper odores fetoresq;
discernimus. quid per nasum in-
si speculorum discretio de-
signatur. Quinimum nasus.
& sicut turris esse libani dicit.
quia uidelicet prepositorum

discretio. & munita semper debet
esse ex circumspectione. & in alti-
tudine uitae consistere. id est in
ualle infirmi operis non accre.
Sicut enim turris in monte idcir-
co ad speculandum ponitur. ut
hostes qui ueniunt longius ui-
deantur. Sic predicatoris uita.
semper in alto debet fixa perma-
nere. ut more narium discernat
fetores uitiorum. odoresq; uirtutu.
In cursus malignorum spirituum
longe prospiciat. & commissas sibi
animas. per suam prudentiam
cautas reddat. SEQUITUR.
Et audies ex ore meo uerbum et an-
nuntiabis eis ex me; ecce iterum
monetur propheta. ne presumat
loqui quod non audierit. Sed
prius aurem cordis aperit. uoci
creatoris. & post modum os sui
corporis. aperiat. auribus plebis.
Unde propheta alius dicit. Inclina-
bo ad similitudinem aure meae.
aperiam in psalterio propositione
meam. Qui enim recte predicat.
prius sicut dictum est. aurem
cordis locutioni intimat. incli-

nat. ut post modum os corporis in
positione admonitionis aperiat.
SEQUITUR. Si dicente me ad impi-
um. morte morieris. non annuntia-
ueris neq; locutus fueris ut auertat
a uia sua impia. & uiuat. ipse impius
in iniquitate sua morietur. sangui-
nem aut eius de manu tua requirit.
In quibus uerbis quid nobis notandum
est. quid sollicitè cogitandum. nisi
quia nec subiectus ex culpa prepo-
siti moritur. nec prepositus sine cul-
pa est. Quando uerba uitae non au-
dit. ex sua culpa moritur subiec-
tus; impio etenim mors debetur.
Sed et ab speculatore. ueritatis nun-
tiana est. & eius impietas increpan-
da. Si uero speculator taceat. ipse
impius in iniquitate sua morietur.
quia impietatis eius meritum fuit. ut
dignus non esset ad quem speculatoris
sermo fieret. sed sanguinem eius dñs
de manu speculatoris requirit. quia
ipse hunc occidit qui eum tacendo
morti perdidit. in quibus utrisque
pensandum est. quantum sibi coneca-
sunt. peccata subditorum. atq; pre-
positorum. Quia ubi subiectus ex

quod dicitur in psalmis. & dicitur

sua culpa moritur. ibi is qui
 pre est. quō tacuit reus mor-
 tis tenetur. Pensate ergo fr̄s
 k̄m̄i. pensate quia & q̄d nos
 digni pastores non sumus. & c̄ia
 ex ur̄a culpa ē. quib. tales pre-
 lati sumus. Et si quando uos ad
 iniquitatem defuitis. & c̄ia ex
 nr̄o hoc reatu est quos obsisten-
 tes atq. reclamantes. in praui
 desideris n̄ habetis. Uobis ergo
 & nobis parctis. si praui ope-
 re cessatis. Uobis & nobis pari-
 mus. quando hoc q̄d displicet
 nuntiavimus. O quam liber a com-
 missa sibi sanguine fuerat
 predicator egregius quid dice-
 bat. Mundus sum a sanguine
 omnium. Non enim subter-
 fugi. quominus adiuuare
 omne consilium dī uobis.
 Si t̄n̄ non ad nuntiasset. mun-
 dus a sanguine n̄ eēt. Sed qui-
 bus omne consiliū dī adiuu-
 nare studuit. a deo sanguine
 mundus fuit. In qua uoce nos
 conuenimus. nos constringi-
 mur. nos rei eē ostendimus.

qui sacerdotes uocamur.
 Qui sup̄ ea mala quae ppria
 habemus. alienas quoq. mor-
 tes adimus. quia tot occidi-
 mus. quot ad mortem ire
 cotidie tepidi & tacentes ui-
 demus. Cum uero dicitur.
 sanguinē aū ei de manu tua
 requirā. si hoc in loco sangui-
 nis nomine. mors corporis
 designatur. Valde nobis de
 nr̄o silentio augetur metus.
 Quia si in subiectis suis is qui
 prelatus ē ad speculandum.
 etiam de morte corporis quan-
 doq. moritur. grauer reus
 tenetur. quo reatu de morte
 animae subiectoꝝe constri-
 gitur. quae potuisset semp.
 uiuere. si uerba correptionis
 audisset. Sed melius
 possunt sanguinis nomine
 peccata signari. Unde qui-
 dā cum peccata carnis de-
 flecteret dixit. Libera me de san-
 guinib. dī dī salutis meae.
 Sanguis ergo morientis. de
 manu speculatoris requiritur.

is dicitur
 in p̄
 ambrosio

quia peccatum subditi. culpae
prepositi sitauerit reputatur.
Est ergo qd faciat ut etiam mori
ente subdito. se liberum reddat.
Surgat. iungilet. malis actibus
contra dicat. Sicut scriptum ē.
Discurrere. festina. suscita amicum
tuum. ne dederis somnum ocu
lis tuis. nec dormitent palpe
brae tuae. Unde hic quoq. ad
ditur. Si autē adiuuaueris im
pio. & ille n̄ fuerit conuersus
ab impietate sua. & uia sua
impia. ipse quidē in iniquita
te sua morietur. tu autē ani
mā tuā liberaſti. Tunc ergo
subiectus moritur sine te. quan
do in causa mortis. contradic
torem pertulerit te. Nam mor
ti cui n̄ contradicis. adiungens.
Et notandū quae sunt quae
debeant ad speculatore p̄dicari.
Nimix fides. & operatio. Nam
ait. Si autē tu adiuuaueris
impio. & ille non fuerit con
uersus ab impietate sua. &
uia sua impia. Impietas quip
pe ad infidelitatem p̄tinet.

uia uero impia. ad prauam
actionem. Et omnis specula
tor hoc habere debet studi
ut prius ad pietatem fidei. p̄
modū ad prauam uiam. idē ad
bonam actionem pertrahat.
Sed quia de exortatione sermo
se uult. innotescere breuiter
debemus. more pastoris quan
tus eē debeat ordo. atq. con
sideratio locutionis. Pensare &
enī doctor debet. quid loqua
tur. cui loquatur. quando lo
quatur. qualiter loquatur. &
quantum loquatur. Si enim
unum horū defuerit. locutio
apta non erit. Scriptū quip
pe ē. Si recte offeras. recte autē
non diuidas. peccasti. Recte autē
offerimus. cū bono studio. bonū
opus agimus. Sed recte n̄ diui
dimus. si habere discretionem in
bono opere postponam. Con
siderare & enī debem. quid lo
quamur. ut iuxta pauli uocē.
sermo n̄r. semp in gratia sit
sale conditus. Pensandum ue
ro nobis cui loquamur. quia

ordo locuti
y

sepe increpationis uerbum qd haec
 admittit persona. altera non ad
 mittit; Et sepe ipsa eadem per
 sona secundum factum sit alte
 ra. Unde nathan ppheta dauid
 post adulterium. forti increpa
 tionis sententia percussit. Qui
 cum de rapto re ouis diceret fili
 us mortis e uir. qui fecit hoc.
 ei panus respondit dicens.
Tues ille uir; Cui tamen cum
 de salomonis regno loqueretur.
 quia culpa defuit. ei se humi
 liter in adoratione pstravit.
In una ergo eademq. persona.
 quia causa dispar extitit. & ia
 sermo ppheticus dissimilis
 fuit; Pensandum quoq. est.
 quando loqui debeamus. quia
 sepe & si differtur increpatio. p
 modum benigne recipitur.
 Et tñ numquā languescit. si hoc
 qd ante pferri debuit. tempus
 amiserit. Nam & sapiens muli
 er nabal ebrium uidens. incre
 pare de culpa tenaciae noluit.
 quem digesto uino. increpatio
 nis suae uerbis utiliter pcussit.

Et ppheta adularum linguas
 non eē. in subsequenti tem
 pore differendas. adiungit
 qui ait. Confundantur sta
 tim erubescetes. qui dicunt
 mihi euge euge. Adulatio
 & enī si uel ad tempus patien
 ter suscipitur augetur. & pau
 lisper demulcet animum. ut
 argore suae rectitudinis mol
 lescat in adulatione sermonis.
Sed nec rescere debet. statim
 est & sine mora ferienda.
 Pensandum quoq. nobis est
 qualiter loquamur. Nam
 sepe uerba quae hunc ad sa
 lutem reuocant. alium uul
 nerant. Unde paulus quoq.
 apłs. quitatum admonet dicens.
 argue cum omni imperio.
 timotheum exostatur dicens.
 argue. increpa. obsecra. in om
 ni patientiā & doctrina.
Quid est qd uni imperium.
 & alio patientiā precipit.
 Nisi qd unū lenioris. alterum
 uero feruentioris sps esse
 conspexit. Leni per auctori

tatem imperii. inuulgenda
erat se-ueritas uerbi. Is autē qui
per spm̄ feruebat. per patienti-
am temperandus fuerat. Ne
si plus iusto inferuesceret. non
ad salutem uulnerata reduce-
ret. sed sana uulneraret. Cu-
randum quoq. est quantum
loquamur. Nesci ei qui multa
ferre non ualet. uerbum uel
exortationis. uel increpationis
longius trahamus. auditorem
nr̄m ad fastidium perducamus.
Unde isdem predicator egre-
gius. hebreis loquitur dicens.
O besecro uos fr̄s. ut sufferatis
uerbum solacii. & enim p̄
paucis scripsi uobis. hoc ta-
men infirmis precipue con-
gruit. ut pauca quidē. & que
capere preualent audiant.
sed quae eorū mentem in
penitentiae dolore conpun-
gant. Nam si eis uno intem-
pore exortationis. sermo fue-
rit multipliciter dictus. quia
multa retinere non ualent.
simul a mittunt omnia;

Unde & medici corporū. pan-
nos quos infirmantib. stoma-
chis ponunt. apto quidē me-
dicamine sed subtiliter liniunt.
Nesci repleti multo medicamine
fuerunt. infirmitatem stomachi
non roborantes adiuuent. sed
obprimentes grauent. Scien-
dum tamen est quia & si quan-
do modum suum sermo p̄-
lixior transeat. periculosum
hoc auditorib. non est. Si autē
qualiter quid dicatur. & quib.
dicatur. non uigilanter aspici-
tur. ualde periculosum est.
Uerecundiae & enim mentes.
si quas fortasse culpas agniserint.
leniter arguende sunt. Quia
si asperius increpentur. fran-
guntur potius. quam erudi-
antur. At contra mentes aspe-
re atq. impudentes. si increpa-
te leniter fuerint. ad maiores
culpas. ipsa lenitate puocantur.
Quod bene in eodem egregio
predicatore discimus. qui cū
corinthios cognosceret p̄ da-
more personarum in scismate

diuisos. eorum uerecundiae
 consulens. locutionem suam
 eis a gratia actione & laudib.
 coepit dicens. Gratias ago do
 meo semper pro uobis in gratia
 dei quae data est uobis in xpo
 ihu. Quia in omnibus diuites
 facti estis in nullo. in omni uerbo.
 & in omni scientia. sicut testi
 monium xpi confirmatum
 est in uobis. Qui adhuc adiuu
 git & dicit. Ita ut nihil uobis
 desit in ulla gratia. expectanti
 bus reuelationem dñi nri
 ihu xpi. Quaesote paulo si
 iam nihil deest. cur eis scri
 bendo fatigaris. cur in longin
 quo positus loqueris. Pense
 mus rogo frs karissimi. quantum
 laudat. ecce eis gratiam dei da
 tam asserit. factos in omnibus
 diuites dicit. in omni uerbo.
 & in omni scientia. xpi testi
 monium. id est quod de seme
 ipso moriendo & resurgen
 do testificatus est. meorum
 uita confirmatum esse perhi
 bet. & nihil eis deesse in ulla

gratia testatur. Quis rogo
 credat quia paulo post eos cor
 ripiat quos ita laudat. Nam
 post cetera subiungit. Obse
 cro autem uos frs per nomen
 dñi nri ihu xpi. ut id ipsum
 dicatis omnes. & non sint in
 uobis scismata. Quid enim po
 tuit tam perfectus. tamq. lau
 dabilibus scisma subripere.
 Significatum est enim inquit
 mihi de uobis frs mei ab his
 qui sunt clares. quia contenti
 ones inter uos sunt. Hoc au
 dico. quod unus quisq. uerum
 dicit; Ego quidem sum pauli.
 ego autem apolo. ego uero ce
 phe. ego autem xpi. Ecce quos
 in omni uerbo & in omni
 scientia laudauerat. quibus
 nihil deesse in ulla gratia
 dixerat. Paulisper loquens.
 ad increpandum leniter ue
 niens. diuisos erga seipsos re
 prehendit; Et quomodo prius
 salutem narrauerat. post
 modum uulnera pate fecit.
 Peritus enim medicus. uulneris

secundum uident. sed egrum
timidum esse conspiciens. diu
palpauit. & subito percussit.
Prius blandam manum laudis
posuit. & pro modum ferrum
inreparationis fixit. Nisi enim
uerecunde mentes fuerint.
palpando reprehensae. ita ut
ex aliis rebus audiant. quod
in consolationem sumant. pro
inreparationem perueniunt. ad
desperationem cadunt. Sed
numquid mentitus est pau-
lus. ut prius eis nihil de se.
in ulla gratia diceret. quibus
postmodum dicturus erat.
uinitatem deceat. Absit hoc
ut quis talia de illo uel de-
sipiens credat. Sed quia erat
inter corinthios quidam. om-
ni gratia repleti. & erant
quidam in personarum fauo-
ribus scissi. coepit a laudibus
perfectorum. Ut modesta in-
uentione ad reprehensionem
pertingeret infirmorum.
Et in hoc quoque ad medicinam
cordis a medicina corporis

usum trahens. Nam cum feri-
endum uulnus medicus aspicit.
prius ea membra quae circa
uulnus sana sunt palpat. Ut
propterea quae uulnerata sunt.
leniter palpando perueniat.
Cum ergo paulus perfectos in
corinthiis laudauit. sana mem-
bra iuxta uulnus tetigit. Cum
uero infirmos de diuisione re-
prehendit. uulnus in corpore
percussit. Uideamus tamen
hunc ipsum. quanta modestia
atque mansuetudine ad corripi-
endos corinthios ducitur. qua-
liter contra galathas. qui a fide
discesserant exercetur. Nulla enim
modestiae patientia premissa.
nulla locutionis dulcedine pro-
rogata. eos quos a fide discessisse
cognouit. ab ipso epistolae exor-
dio inuicendo redarguit. Nam
promissa salutatione. sic coepit.
Miror quod sic tam cito trans fer-
ri ab eo. qui uos uocauit in gra-
tia christi. quibus etiam in aperta
inreparatione praetera subiungit.
O insensati galate. qui uos fascino

Mentes & enim duras . nisi a peccatis
 essent increpatione percussae .
 nullomodo malum cognosce-
 rent quod egissent . Nam sepe hi
 qui impudenter sunt . tantum
 se peccasse sentiunt . quantum
 de peccatis quaesecerunt increpan-
 tur . Ut minores culpas suas aesti-
 ment . quas minor inuectio ca-
 stiget . Et quas uehementer obiur-
 gari uiderunt . maiores esse depre-
 hendunt ; unde necesse est ut sem-
 per sermo predicantis . cum au-
 ditore debeat qualitate formari .
 ne aut uerecundi s. aspera . aut impu-
 dentib. lenia loquatur . Quid aut
 mirum si hoc uerbi dei ergo argo-
 faciat . cum & agricola qui semen
 in terram mittit . prius terrae
 qualitatem preuidet . quib. semi-
 nib. apta uideatur . et postquam
 qualitatem terrae preuiderit .
 tunc semina aspergit . Sed quia
 de qualitate doctrine longius locu-
 tionem traximus . oportet ut ad
 eum quem coepimus . exponendi
 ordinem redeamus . Sed & si con-
 uersus iustus a iustitia sua . fecerit

iniquitatem . ponam offendicu-
 lum coram eo . ipse morietur
 quia non adiuuisti ei . in pec-
 cato suo morietur . & non erit
 in memoria iustitiae eius quas
 fecit . sanguinem uero eius de ma-
 nu tua requiram . Quia iusto
 qui in peccato caecidit . predica-
 tor tacuit . eius sanguinis reus
 tenetur . & qui sollicitus esse non
 studuit in predicatione . factus
 est particeps in damnatione .
 Sed cum dicitur . in peccato suo
 morietur . & non erunt in me-
 moria iustitiae quas fecit . hoc
 nobis maxime considerandum
 est . quia cum mala com-
 mittimus . sine causa ad
 memora . nam bona nostra
 transacta reuocamus . quo in
 perpetratione malorum . nulla
 debet esse fiducia bonorum pre-
 teritorum . Sed queri potest . utrum
 iusto postquam ceciderit pre-
 dicandum sit . an prius quam
 cadat . In uigilare predicator
 debet . ne ad occasum ueniat
 procul dubio & prius quam cadat .

Simaco huius
 2. offenditio eius

Nam sequitur. Si autem tu adnun-
tiaueris iusto ut non peccet
iustus. & ille non peccave-
rit. uiuens uiuit. quia ad-
nuntiasti ei. tu autem animam tuam
liberasti. Si ergo predicator
ideo suam animam liberauit.
quia iusto ne peccaret adnun-
tiavit. Cum iustus ad pecca-
tum predicatoris tacente ce-
cidit. predicator quia taci-
it. reus tenetur. Sed quis nunc
rogo ad haec sufficiat. ut non
solum peccatores studiose cor-
ripiat. sed etiam iustis inui-
gilet nec adhaerent. Nos enim in
firmitatis nostrae consci-
um iustos uiros conspi-
cimus. admonere eos
non presumimus. ut iu-
sticiae uiam teneant. quam
qui tenent uidemus. Etiam
predicatoris est debitum.
etiam iustos admonere.
Unde predicator egregius dice-
bat. Sapientibus & insipienti-
bus debitor sum. In his uero
omnibus quae de iusto. ad

iniquitatem conuerso dicta sunt.
Hoc est laboriosum ad loquendum.
hoc ualde pertimescendum quod
dominus dicit. ponam offendiculum
coram eo. At enim. Si conuer-
sus iustus a iustitia sua. fecerit
iniquitatem. ponam offendi-
culum coram eo. Nos enim di-
cimus. quasi iniquitatem fecerit
offendit. & uerum est omnino
quod dicimus. Cur adhuc ei
deus omnipotens offendiculum
ponit. quem iam inpegisse &
caecidisse per iniquitatem.
quam perpetrauerit conspiciat.
Sed districta sunt omnipotentis
dei iudicia. & qui peccatorem diu
expectat ut redeat. non redeunt
atque contemnent. ponit adhuc
ubi grauius impingat. Peccatum
quippe. quod per penitentiam
citius non deletur. aut peccatum
est & causa peccati. aut peccatum
& poena peccati. aut peccatum
simul. causa & poena peccati.
Omne enim quod prius committi-
tur. peccatum est. sed sicut
penitendo non tegitur. iusto

iudicio omnipotens dñ obligatā
peccatis mentem. & iam in cul
pam alteram permittit cadere.
ut qui stendo & corrigendo no
luit mundare qđ fecit. peccatū
incipiat peccato cumulare.

Peccatū ergo qđ poenitentiae la
mento nondiluitur. peccatum
simul est & causa peccati. quia
ex illo oritur. unde adhuc pec
catoris animus altius obligetur.

Peccatum uero qđ ex peccato sequi
tur. peccatū simul est & poe
na peccati. quia ex crescente cae
citate. ex retributione prioris
culpa generatur. ut quasi iam
quaedā sint in peccatore sup
plicia. ipsa incrementa uitioꝝ.

Fit uero non nunquam. ut unū
idemq. peccatum. & peccatū
sit. & poena peccati. simul
& causa peccati. Ponamus enī an
te oculos quempiā rem pxi
mi concupisse. Quam quia
aperte non ualuit. furto diri
puit. sed in furta accusatione
postul se hanc diripuisse. iure
iurando denegauit. huic ergo

concupiscentia peccatum fu
it. & causa peccati. quia per
eam peruenit ad rapinam.

Ipsū uero furtum. quo rem
concupitam diripuit. & pec
catum ei factum est & poena
peccati. qui ex retributione
iā non repressit concupiscentiae.
factum ē ut ueniret ad furtū.
& culpa cordis ex cresceret in
opere. exultatione cecitatis.

Sed quia furtum per uirio tege
re curauit. ex peccato rursum.
peccatum genuit. Furtū ergo
qđ ex concupiscentia peccati.
& per uirium protulit. peccatū
& poena peccati factum est
culpa precedenti. peccatum
& causa peccati culpe subsequen
ti quia de illa natū hanc ge
nuit. Quod bene paulus aposto
lus. de quibusdam dñm intelle
gentibus. sed non honorantib.
insinuat dicens. Cum cogno
uissent dñm. non sicut dñm
glorificauerunt. aut gratias
egerunt. sed euauerunt in
cogitationibus suis; ecce peccatū.

& causa peccati. Ex qua causa
quid sequatur ad iungit: Et
obscuratū est insipiens cor eorū.
dicentes enim se esse sapientes.
Stulti facti sunt. Et mutauerunt
gloriam incorruptibilis dī.
in similitudinem imaginis cor-
ruptibilis hominis. & uolucrum.
& quadrupedum. & serpentium.
Et ecce est peccatū & poena peccati.
Sed peccatum solummodo & poe-
na peccati est. si non adhuc ex hoc
peccato. & aliud sequeretur. Nam
infidelitatem eorū subdit. Propter quod tradidit
illos dī in infidelitatem cordis eorū. in
immundiciā. ut contumelias affici-
ant corpora sua in semet ipsis. Qui
igitur cognoscunt dñm nō sic dñm glo-
rificauerunt. ex eo peccato & causa pec-
cati. ad hoc quoque predicti sunt. I. ut
ad cultum serpentium. & uolucrum
laberentur. Sed quia per hanc
etiam cecitatem. usque ad immun-
diciam. & carnis contumelias
cecidērunt. ipsa infidelitatis
eorū cecitas. precedenti intel-
lectui. & peccatum est & poe-
na peccati. Subsequenti uero

immunditiae peccatum factum
est & causa peccati. Sed quia de
his in libris moralibus diu trac-
tatum ē. nobis nunc in eis diutius
immorandū nō ē. hoc autē nobis
cum tremore considerandum ē.
quomodo iustus & omnipotens
dī. cum precedentibus peccatis ua-
setur. permittit. ut caecata mens.
etiam in alius labatur. Unde mo-
yses ait. Nondum completa sunt
peccata amorreorū. Dauid quoque
dicit. Adpone iniquitatem
super iniquitatem ipsorum.
ut non intrent uirtus iustitia.
Propheta etiam alius dicit. Maledic-
tum. & mendacium. & homicidium.
& furtum. & adulterium inunda-
uerunt. Et sanguis sanguinem teti-
git. Sanguis sanguine tangit.
quando peccato peccatum additur.
ut ante dī oculos. adiunctis ini-
quitatibus. anima crueretur.
Unde & paulus apostolus ait.
Ut impleant peccata sua semper.
Iohanni quoque per angelum di-
ctur. Qui nocet. noceat adhuc.
& qui in sordibus. ē. sordescat adhuc.

q^o Int^o Affene inq^o h^o m^o q^o ip^o

Unde nunc etiā dñs dicit. Sicon uersus
 iustus a iustitia sua. fecerit iniqui-
 tatem. ponam offendiculum
 coram eo. Ac si aperte dicat. Quia
 uidere penitendo noluit. ubi
 iam impingit. iusto eum iudi-
 cio deserens. ponam ei ut & ali-
 bi impingat. Quod tamē dñi po-
 nere est. nequaquam ad peccan-
 dum premere. sed nolle a pec-
 cato liberare. Sicut de pharao-
 ne dicitur. Ego indurabo cor
 eius. Non enī cor peccantis dñs
 obdurat. Sed obdurare dicitur.
 cum a obduratione nō liberat.
 Misericors enī dñs. tempus nobis ad
 poenitentiam relaxat; Sed cū
 eius gratiae patientiam. nos ad
 augmentum uertimus culpe.
 hoc ipsum tempus quod ad par-
 cendum piae disposuit. distric-
 tius ad feriendum uertit. ut cū
 reuerti quis etiam spatio tem-
 poris accepto noluerit. per hoc
 mala sua ad reatum augeat. p
 quod ea diluere potuit. sic
 uerti uoluisset. Vnde scriptū
 est. Ignoras. quō benignitas dñi.

ad poenitentiam te adducit.
 secundum duritiā aū tuam.
 & cor impitens. thesaurizat
 tibi iram indie irę. & reuelati-
 onis iusti iudicii dñi. Debenig-
 nitate ergo omnipotentis dñi.
 iram sibi indie irae reprobis
 thesaurizat. quia dum ad peni-
 tendum tempus accipitur &
 ad peccandum exhibetur. ipsum
 remedium gratiae. uertit in
 augmentum culpe. Unde &
 ompf dñs. qui conlata remedia
 conspiciat. ad culpe augmen-
 tum trahi. ipsam benignitatē
 quam contulit. in iudicii di-
 strictionem uertit. ut inde
 post amplius feriat. unde mo-
 do amplius expectat. Et quia
 homo deserere malū non uult
 ut uiuat. augeat unde moriat.
 Sed siue iustus in culpa. siue
 peccator in morte corruat.
 speculatori timendum ē.
 ne hunc ex suo silentio. reat
 peccantium pariter inuol-
 uat. Sed interim dum lo-
 quor. auertere a me ipso

oculos uolo. ^{et} Ecce iterum sermo diuinus me in pingit in memetipso. ut meā negligentiam uideam. & mihi dicat. haec quae audio pertimescā. Sicut enī superius dixi. cuius cor incuris innumeris sparsum se ad se colligat. quando & enim possum. & ea quae circa me sunt sollicite omnia curare. & memetipsum adunato sensu conspiciere. Quando possum prauorum nequitias insequendo corrigere. bonorum actus laudando & ammonendo custodire. aliis terrorem. atq. aliis dulcedinem demonstrare. Quando ualeo & de his quae sunt necessaria fratribus cogitare. & contra hostiles gladios de urbis uigiliis sollicitudinem gerere. ne incursione subita ciues pereant prouidere. Et inter haec omnia dextrarum custodia. plene atq. efficaciter uerbum exhortationis inpendere. Loqui & enim de dō.

quietae ualde & libere mentis est. Tunc namq. bene lingua dirigitur in sermone. cum secure sensus quieuerit. in tranquillitate. Quia nec concussa aqua uaginam respicientis reddit. sed tunc in ea uultus intendentis aspicitur. cum non mouetur. Quam ergo exhortationem nobis speculator uester fr̄s km̄i faciat. quem tot rexe confusio perturbat. Certe us de quo loquimur ppheta reuelatione ultima templum uidentis. quae in eodem templo conspexerit. inter cetera narrat dicens. Terra usq. ad fenestras. & fenestrae clausae. Paulus quoq. apostolus dicit. Templum enim dī sc̄m est. quod estis uos. In hoc autē templo fenestrae. sacerdotes. & speculatores sunt. qui in populo fidelium. lumen sc̄ae predicationis fundunt. Sed cum terra usq. fenestrae est. fenestrae clausae sunt. quia cum terrena cogitatio

in sacerdotum cordibus excre-
 scit. fenestrae lumen non fundit.
 quia sacerdotes ab officio pre-
 dicationis obmutescunt. Est ^{non aliter}
 & aliud ualde in ordine sacer- ^{dicum}
 dotum graue. quia non sicut
 hi qui uitam quietam ac remotam
 dixerunt. fixi ualent in sua cogi-
 tatione persistere. hi enim
 sicut & superius diximus. qui
 a loco regimini longe sunt.
 possunt peccatorum maculas
 & fletibus lauare. & post fletus
 in eodem mentis merore per-
 sistere. Sicut de bona quoque
 muliere scriptum est. quae ad
 tabernaculum orauerat. & ab
 intentione sua. animum post
 compunctionis gratiam non
 mutabat cum dicitur. Uul-
 tusque eius non sunt amplius in-
 diuersa mutati. In qua nobis e-
 uidetur non exultat. Precipue cum
 paulus dicit. Gaudere cum
 gaudentibus. flere cum flen-
 tibus. Nihil ergo tam one-
 rosam ordinem sacerdotum
 uideo. quam rigorem men-
 tis. compaciendo flectere

queque filiorum suorum cognosce-
 re. Et ea quae refugit animo
 patienter audire. atque post
 suspiria. caelestium quorumlibet
 carnalium hominum honora por-
 tare. Et sepe cum super ue-
 nientibus. cor in diuersa qua-
 litate transfundere. Nam
 aliquando de lucris spirita-
 libus gaudet; Sed cum qui-
 libet merens super uenerit.
 nisi eius merorem in se susci-
 perit. tribulationi illius
 compatiens non est. Et ali-
 quando de damnis animarum
 luget. et repente super ueni-
 unt. qui de quibusdam suis
 prosperitatibus laetantur. Quorum
 silaetitia sacerdos non con-
 gaudet. minus amare credi-
 tur filios. in quorum gaudio
 non exultat. Precipue cum
 paulus dicit. Gaudere cum
 gaudentibus. flere cum flen-
 tibus. Nihil ergo tam one-
 rosam ordinem sacerdotum
 uideo. quam rigorem men-
 tis. compaciendo flectere

Et cum personis super uenien-
tibus animum mutare. & ta-
men hoc ualde est necessa-
rium. Nam quando ex pre-
dicatione eius. ad boni ope-
ris gratiam peccator redu-
citur. si ipse qui predicat ui-
detur ingratus. Unde per
hunc quoque eundem ppheta-
tam. in extrema parte dici-
tur. ut cum sacerdotes intrin-
secus ministrant. uestibus
laneis non utantur. De quibus
subditur. Cumque egredien-
tur atrium exterius ad popu-
lum. exuent se uestimenta
sua. in quibus ministrauerunt.
& reponent ea in gazo filaci-
um sanctuarii. Grossiora
quippe sunt uestimenta
lanea; sed cum sacerdos ad
sem ministerium accedit.
cum intus per gratiam con-
punctionis ingreditur. sub-
tiliori intellectu necesse est.
quasi lino indumento ue-
stiatur. Sed cum ad populū
foras egreditur. oportet ut

uestimenta in quibus intrinse-
cus ministrauerat reponat.
atque populo aliis uestibus in-
dutus appareat. Quasi in con-
punctionis suae rigore se
teneat. si in eo quem orationis
tempore habuit merore per-
duret. exteriorum rerum
uerba suscipere non admit-
tit. Et quid grex de necessariis
faciat. si audire atque perpendere.
& hoc quod presens tempus
exigit pastor recusat. Grossio-
ra ergo uestimenta sacerdos
exiens. ante populum indu-
at. ut mentis suae habitum.
pro utilitate filiorum. etiam
ad terrena toleranda con-
ponat. Pensate rogo fratres karissimi.
quantus speculatori sit labor.
& ad sublimia cor tendere.
& hoc repente ad ima re-
uocare. & in sublimitate
cognitionis uitae. extenu-
are animum. & propter exte-
riores causas proximorum. ut
itadicam. subito incogitati-
one crassescere. Non ergo

mihimodo necesse est pphete
 uerba exponere. sed meam coram
 miseriam deslere. Unde peto ut
 uestra meoratio talem faciat.
 qualis semih ualeam. & uobis
 pdesse. Potens est indigno mihi
 & infirmo. ex ura intercessione
 ista tribuere. qui ex sua pietate.
 p nobis dignatus est infirmari.
 U istus enim di est atq. sapientia
 quae nrā infirmitatem sump
 sit. Ut ex sua nos firmitate robo
 raret. in ex dī nr. qui uiuit
 & regnat cū patre in unitate spī
 scī dī. per omnia secula seculorū
 amen.

S INCIPIIT OMNIT
 DVODICIMA
 SERUATĀ UERITA
 TI HISTORIARVM IN
 eloquia. aliquando ex tem
 pore. aliquando ex loco. cau
 sas designant. quas aperto ser
 mone non indicant. Ex tem
 pore & cum sicut predicante
 iudeis dno per euangelistam
 dicitur. hiemps erat. Inter
 illa enim misteria quae ue

ritas loqu eb tur. quid cause
 fuit. ut nom hiemps addere
 tur. nisi ut per qualitatem
 temporis. ostenderet frigus
 cordis quia & cum uerba
 ueritatis acceperunt. frigida
 iudeorū corda remanebant.
 Aliquando uero ex loco. sicut
 carnali israhelico populo.
 descendente de monte moy
 se. lex in campestris. data ē.
 Et scīs aplīs dñs in monte sedens.
 summa & spiritalia precepta
 locū ē. Ut ex locis uidelicet monstraret.
 quia scilicet tanquā carnalib. man
 data minima dabant in ualle terrarū.
 Et ista tanquā spiritalis scī. in monte
 mandata caelestia audierunt. I.
 quatenus aperte monstraretur.
 quod ascendentes corde ad
 caelestia. infima mundi re
 linquere. I. & in mentis cul
 mine starent. Unde nunc
 ezechiel ppheta quid iuben
 te dō in locis egerit describit.
 ut per locorū qualitates. in
 diceret quid in posterum de
 pphetiae misteris sequeretur.

ITX

Ecce & enī dicit. facta est sup
me manus dñi & dixit ad me.
Surge & egredere in campum
& ibi loquar tecum. Quid ē
hoc quod prius dñs in medio
israhelitarū locutus ad pphetam
suum fuerat. & tamen post
modum dicit. egredere in cam
pum. & ibi loquar tecum.
Nisi quod pphetiae suae gratia.
& prius iudeae infundere. &
hanc postmodum dignatus
est. in latitudine gentium
demonstrare. Neque enim in
merito per campum. gentili
tas designatur. quae longe
lateq. id est in uniuerso mun
do distenditur. Ubi & sub di
tur. Exsurgens. egressus sum
in campum. & ecce gloria dñi
stabat. quasi gloria quam
iudi iuxta flumen chobar.
In campo gloriam dñi pphe
ta uidit. quam iuxta flumē
chobar. in medio israhelitarū
uiderat. quia ipsa eius ma
iestas. gentibus apparuit. quae
prius se dētis in iudaeo popu

lo. reuelante spū declarauit.
SI QUITUR. Et cecidit in faciem
meam. Uisa dñi gloria. in facie
sua ppheta cecidit. quia quam
uis homo ad intellegendam subli
mia leuatur. ex contemplatione
tamen maiestatis di. infirmi
tatem suae condicionis intelle
git. & quasi statum non habet.
quise ante di oculos esse cinerē
& puluerem uidet. SI QUITUR.
Et ingressus est in me spū. & sta
tuit me super pedes meos.
Cum nos humiliter dō sterna
mur. cum esse nos puluerem.
cineremq. cognoscimus. cum
infirmitatem condicionis p
prie pendentes. statum rigi
ditatis & superbiae non habe
mus. Omnipotēs dī. per su
um nos spū leuat. & super
pedes nros statuet. ut qui
humiliter apud nos. ex in
firmitatis nrae cognitione
iacuimus. & iacemus. in bono
post opere quasi super pe
des ex erectitudine stemus.
Quod cur in campo de ppheta

agitur. nisi ut specialiter de-
 signetur. quia etiam electis
 gentium. sp̄s sc̄s dandus esset.
 qui eos quos adsumeret &
 prius a superbiae suae statu
 deiceret. & postmodum sup
 pedes suos id est super bona
 opera solidaret. Sicut per
 paulum dicitur. Remissas
 manus & dissoluta genua
 erigite. & gressus rectos faci-
 te pedibus uestris. SEQUITUR.
 Et locutus est mihi. & dixit ad
 me. Ingredere & includere.
 in medio domus tuae. Quid
 est quod de medio israhelici
 populi. p̄pheta ad campū
 educitur. atq; addomum
 postea decampo reuocatur.
 nisi quod p̄dicationis gratia
 a iudaico populo ablata.
 in latitudine gentilitatis spar-
 sa est. sed tamen in fine mun-
 di. dum iudei ad fidem re-
 deunt. quasi addomum p̄-
 pheta reducitur. ut in suo
 populo. rursus predicatio
 inhabitet. quae modo uelut

incampo. ita induersis
 gentibus fulget. Scriptum
 quippe est. donec plenu-
 do gentium introiret. & sic
 omnis israhel saluus fieret.
 Quia & per p̄phetam alterū
 dicitur. Si fuerit numerus
 filiorū israhel. quasi arena
 maris. reliquiae saluae fiēt.
 Exeat ergo propheta de me-
 dio populi ad campum. de
 campo redeat addomum.
 Ut & predicatio quae iudaeae
 facta est. egrediatur in gen-
 tes. Et repletis fide gentibus.
 recipiat iudaea spiritalis doc-
 trinae. dona q̄ amittit. Inclu-
 di autē p̄pheta in medio do-
 mus suae precipitur. quia
 anti christi tempore ab eis
 gentib. quae in infidelitate
 remanserunt. plebs con-
 uersa iudeorū. duris per-
 secutionib. angustatur.
 Unde scriptum est. Atriū
 aū qd̄ est extra templum
 eice foras. & nemetieris ^{illud.}
 quō datum est gentibus.

& ciuitatem sc̄am calcabant.
mensibus quadraginta duob:
S I Q V I I V R. Et tu fili hominis.
ecce data sunt super te uin-
cula. & ligabunt te in eis. &
non egredieris in medio eorū.
& linguam tuam adherescere
faciam palato tuo. & eris
mutus. nec quasi uir ob-
iurgans. quia domus exas-
perans est; quae uidelicet
uerba super typicę expositi-
onis ordinem sequimur.
ppheta in domo sua uincula
suscepit & ligatur. quia in
extremis cum iudea credide-
rit. grauissimas antichristi
tempore persecutiones sentit.
I ta ut predicatorum eius ministri
iniquitatis non recipiant.
sed resistendo eos uinculis do-
lorū premant. & in medio eorū
non egreditur. quia ad cor-
da prauorū predicatio non
peruenit. dum lingua bonorū
ligata tribulationibus tacet.
Erunt & enim tunc multi
ex iudeis infidelib. qui eosdem

ipsos. qui ex iudeis crediderunt
persequentur. Unde notandū
est. quod hic quoq. dicitur.
quia in domo sua uincula p-
pheta sustineat. Ut uidelicet de-
signetur. quō & ex ipso suo
genere. iudea cum fidelis fu-
erit. tribulationes persecutio-
nis postet. Dum enim unige-
tus summi patris incarnatus
a mortuis. resurrexisset. atq.
ad caelos ascendisset non
creditur. sicut per sacrae scrip-
turae paginas predicatur.
numquam apud eos ppheta liga-
ta erit. Quae si ita uicta
est. in eorū intellectum decur-
reret. quasi gressus liberos.
suae predicationis habuisset.
A reprobus ergo tunc predicatorū
scientia tacere compellit. un-
de & hic subditur. Et linguam
tuam adherescere faciam pala-
to tuo. & eris mutus nec quasi
uir obiurgans quia domus
exasperans est. Sed quia enoch
& helia predicante. multi ex
his qui tunc ex iudeis in infide-

litate remanserunt. ad cogniti-
 nem ueritatis redeunt. Sicut de
 eodem helia dicitur. Helias uen-
 turus est. & ipse restituet om-
 nia. Qui utriq. per zachariam.
 duae oliuae. & per iohannem
 duo candelabra nominantur.
 Recte hic quoq. subiungitur. Cū
 autem locutus fuero tibi aperiā
 ostium. & dices ad eos. haec dicit
 dñs dñs. Tunc aut uelut in extre-
 mo os pphetę aperitur. cum
 in predicatione enoch & heliae.
 audeis ad fidem redeuntibus.
 pphetia sacri eloqui dextero fu-
 isse cognoscitur. Sed quia haec
 typice diximus. nunc uerba
 eadem. caritati uestrae mora-
 liter differamus. Quid est qđ
 exire ppheta ad campum ui-
 betur. Nisi qđ unus quisq.
 qui predicat. ppter eos quos
 extra se posuit. corrigit. atq.
 ab iniquitate conpescit. loquen-
 do ad campum exit. ibiq. glo-
 riam dñi uidet. Quia tanto
 largius doctrinae gratiam
 percipit. quanto se in labore

predicationis. ex amore paci-
 moꝝ. tendit. Foras ergo exe-
 undo in altum uisione duci-
 tur. quia unde alienus cordib.
 ignorantiae cecitatem. mini-
 stero suae locutionis inlu-
 minat. unde cum superna
 gratia in altiori intelligentia
 exaltat. Sed quia semper pre-
 dicator debet ad mentem re-
 currere. humilitatem atq.
 munditiam intrinsecus custo-
 dire. post campum necesse
 est. ut ad domum redeat.
 quatenus in his quae dic. qua-
 lis etiam ipse sit. intra con-
 scientiam agnoscat. Si enim
 aut hoc qđ loquitur minima
 custodit. aut de his quae celo
 quitur. temporalem gloriam
 requirit. loquendo quidem
 ad campum exit. sed non co-
 gitando semetipsum. ad do-
 mum redire contemnit.
 Accepto enim spū in medio
 domus inducimur. quan-
 do per eius gratiam. ad
 discutiendam mentis nostrae

*predicatio hęc dę hęc
 e mediad hinc dę*

secreta reuocamur. Ut apud
semetipsum in dō animus qui
eset. & non iam per exte-
res concupiscentias. in appetitu
laudis & glorie. cogitationis
mobilitate discurrat. De hac
domo cordis. cuiusdam sanato
per semetipsum ueritas dicit.
Tolle grabatū tuum. & uade
in domum tuam. Per grabatū
quippe. in quo carnis
est requies. ipsa caro signatur.
per domum uero conscientia
figuratur. Et quia cum men-
te mortui uultus iacemus. in
carnis delectatione quiescimus.
infirmi postamur in lecto.
Cum uero sanati mente fueri-
mus. ut iam pulsantibus car-
nis uitiis resistamus. necesse
ē ut temptationum contu-
melias. de nostra carne to-
leremus. Et gō itaq. ad salutē
reducto precipitur. tolle
grabatū tuum. Id est post la-
lectum. in quo postatus es.
Quia necesse est ut sanatus quisq.
postet contumeliam carnis.

in qua prius iacebat egrotus.
Quid est ergo dicere. tolle gra-
batū tuum & uade in domū
tuam. nisi postea temptationes
carnis. in quibus actenus iacu-
isti. ac reuertere ad consciēti-
am tuam. ut uideas quae feci-
sti. Propheta igitur post cam-
pum in domo includi precipi-
tur. ut predicator semper post
gratiam doctrinae quam paxi-
mus ministrat. ad conscientiam
redeat. seq. ipsum subtili exami-
natione discutiat. ne de his quae
foris predicat. aliquid ipse apud
se utrinsecus transitoriae lau-
dis quaerat. Unde per salomo-
nem dicitur. Bibe aquam de
cisterna tua. & fluat apertus tui.
deriuentur fontes tui foras. &
in plateis aquas diuide. habeo
eas solus. nec sunt alieni participes
tui. unde autē cōtraria uidentur ee quae dicit.
deriuent fontes tui foras & in plateis aquas
diuide. cupiri adiungit. habeo eas solus
nec sunt alieni participes tui. Quomodo
erū aqua scientiae solus habere poterit.
si hinc in plateis diuidet. quomodo

alieni aquae ei participes n̄ s̄. si fontes illi s̄
 foras detruant. Sed cū predicam̄ populis
 unum in plateis aquas diuidim̄. quia
 in audito multitudine scientiḡ uerba
 dilataim̄. Cū uero nos adiuuante diuina
 gr̄a in seculis custodim̄. & ne maligni
 sp̄s qui iure anobis alieni sunt.
 quia sortem beatitudinis pdide
 runt. nobis inelatione subripi
 p̄ant. sollicitudine cauta cir
 cum sp̄iemur. Soli habemus
 aquas. quas in plateis diuidimus.
 ut nobiscum in eis alieni partici
 pes non sint. In unum de quib.
 scriptum est. Alieni insurrexe
 runt in me. & fosses quesiuerunt
 animam meā. Aquas ergo &
 in plateis diuidit. & solus habet.
 qui per hoc quod multis pre
 dicat. se in cogitatione tempo
 ralis gloriae non exultat. Tunc
 enim possidet homo quod do
 cet. quando se non gaudet in
 notescere. sed p̄desse. Ex cam
 po ergo ad domum p̄pheta re
 ducitur. Ut is qui ex dō loqui
 tur. postquam p̄ualitate p̄
 ximo & loquendo foras exierit.

ex humilitate semper addiscu
 tienda cordis sui secreta reuo
 cetur. Unde & subditur. & tu
 fili hominis ecce data sunt
 super te uincula. & ligabunt
 te in eis. & non egredieris in
 medio eorum. Cum enim pre
 dicator quisq. ad conscientiae
 suae domum reducit. sup
 eum uincula dantur & liga
 tur in eis. quia quanto plus
 se in cogitatione discussit. tan
 to amplius agnoscit iusti ani
 ma. quantis mortalitatis suae
 infirmitatib. sit ligata. Nisi
 enim se ligatum conspiceret
 paulus in unum dixisset. de
 siderium habens dissolui &
 cum xp̄o esse. hinc & per
 psalmistam dicitur. Ut au
 dierit gemitum uinculatoꝝ.
 & soluat filios interentorum.
 Et rursus. Intret in conspectu
 tuo. gemitus compeditorum.
 Sepe aut̄ cum iam anima ad
 redemptoris sui speciem con
 templandam exire deside
 rat. cum caelestibus gaudiis

inter eē suspirat. ipsa mortalita-
tis suae uincula conspiciat & ge-
mit. quibus adhuc in presenti
mundo ligata retinetur. Hinc ē
enim quod subtile omnipoten-
tis dī iudicium intuens hie-
remias ait. Circulum aedifica-
uit aduersum me. ut non egre-
diar. ad grauaui conpedem
meam. habemus enim conpe-
des. ipsam infirmitatem atq.
corruptionem mortalitatis n̄r̄e.
Sed cum tribulatio nobis & ge-
mitus additur. ipse n̄rae con-
pedes. ad grauantur. Et quidē
quam diu in hac uita.
iustus moras patitur. loquen-
do bona p̄desse aliis festinat;
Sed cum duras mentes conspi-
cit. easq. considerat contenti-
onibus occupari predicationis
uerbum retinet. & in medio
eorū non egreditur. quia abo-
nis quae loqui poterat. obmu-
tescit. Sicut per paulum dici-
tur. nihil per cōtentione. neq.
per inanem gloriam. Et rur-
sus. Siquis uult contentiosus

esse. nos talem consuetudinem
non habemus. Unde hic quoq.
apte subiungitur. Et linguam
tuam adhaerescere faciam palato
tuo. & eris mutus. nec quasi iur-
oburgans. quia domus exaspe-
rans est. Aliquando uero etiā
contra resistentium linguas
predicantium corda. zelo sui
dñs accendit. ne taceant. Sed
dicta fallacium uerbis. ue-
ritatis. premant; Unde hic sub-
ditur. Cum autē locutus fuero
tibi. aperies os tuum & dices ad
eos. haec dicit dñs d̄s. Sed haec
quae breuiter sub duplici intel-
lectu discussimus. placet ut iux-
ta considerationem litterae.
leniter tangendo transeamus.
Quid enim nobis amplius per
ipsa uerba historiae. quam uir-
tus oboedientiae commendatur.
Cum modo ad transmigrationē
iuxta fluum chobar pergere.
modo in campum egredi. mo-
do ex campo ad domum redi-
re p̄pheta precipitur. ut pri-
us exuissione pergens. &

paulo post exiens. atq. iterum
 domum rediens. & semetipsum
 recludens. semper suae uolunta-
 tis arbitrium. addiuini eloqui
 preceptum frangat. Quatenus
 in caelesti iussione suspensus. n̄ sua
 sed conditoris sui uoluntate
 impleat. Cui dicitur. & tu fili
 hominis. ecce data sunt super
 te uincula. & ligabunt te in
 eis. & non egredieris in medio
 eorū. Qua in re notandum est.
 quod aduersa ppheta prenoscit.
 ut contra omnia pararetur.

Mutis enā mala contra mentem
 preualent. quae inopinata ^{non} ue-
 niunt. Et tamen dum contra-
 ria prenosciuntur. quanta sit
 in eo uirtus oboedientiae osten-
 ditur. qui & cognoscit quod
 aduersa passurus est. & tamē
 uoci dominicae inoboedire
 non est. Magna autē conside-
 ratione indigent uerba quae
 ptinus adduntur. Et lingua
 tuam adherescere faciam pa-
 lato tuo. & eris mutus. nec
 quasi uir oburgas. quia

domus exasperans ē. Discer-
 nendum quippe nobis est.
 utrum p̄ solis malis auditorib.
 an aliquando etiam p̄ uitio
 predicantis. predicationis ser-
 mo subtrahatur. Quatuor
 enim qualitatibus. res ^{h. i. c.} con-
 siderata distinguitur. Nā
 aliquando p̄pter malos audi-
 tores bonus tollitur sermo doctorib.

Quā aliqui sermo tolli dicitur

Aliquando uero p̄pter bonos auditores
 datur sermo doctorib. & malis. Aliquan-
 do autē p̄pter docentū atq. audientū
 iustificationē bonus sermo doctorib.
 datur. ut & ipsi per meritum
 crescant. & auditores eorum
 in intellectu & uita pficiant.

Aliquando uero quia neq. hi
 digni sunt accipere. quibus
 doctrinae sermo p̄fertur.
 neq. illi doctrinae uerbum
 p̄ferre. qui locum docendi
 tenent. predicationis sermo
 tollitur. ut utraq. pars. distric-
 te iudicetur. Propter malos
 namq. auditores. bonus ser-
 mo doctorib. tollitur. sicut
 nunc ad ezechiel dicitur.

Linguam tuam adherescere
faciam palato tuo. & eris mu-
tus. nec quasi uir oburgans.
quia domus exasperata est.
Et sicut paulo dicitur. Festina.
exi uelociter ex iherusalem.
qm̄ non recipient testimo-
nium tuum de me. Et sicut
uolentib. apostolis predicare
in asia scriptum est. quia p-
hibuit eos sp̄s ih̄u. Propter
bonos auditores. & iam ma-
lis doctoribus sermo datur.
sicut de phariseis dñs dicit.
Omnia quaecumq. dixerint
uobis. seruate & facite. secun-
dum opera uero eorū nolite
facere. dicunt enim & non
faciunt. ppter docentium
quoq. meritum. & audien-
tium iustificationem. ser-
mo doctrinae tribuitur.
sicut sc̄is apt̄is dicitur. eun-
tes docete omnes gentes.
Propter malos uero audito-
res. & indignam uitam eorū
qui docere debuerunt. sermo
doctrinae subtrahitur.

Sicut heli ad corrigendos filios di-
strictae increpationis uerbum n̄
habuit. quia & eius negligentia.
& filiorū exiebat uita. ut cum
eis & populus caderet. & arca dñi
capta. ad allophilos transiret.
Magna enī omnipotentis dī est
gratia. cū inique agentibus.
durus ad doctoribus sermo in-
crepationis p̄fertur. Quo con-
tra nunc dicitur. & eris mu-
tus nec quasi uir oburgans.
Delinquentes & enim oburgas-
set. si digni ipsa oburgationis
gratia fuissent. Sed cū in doctri-
na atq. silentio sit merito
tanta diuersitas. ut sciri facile
n̄ possit. utrum ex auditoris.
an ex eius uitio quid doctrinae
locum uideatur tenere. docen-
di sermo subtrahatur. quid
aliud nobis quam semper
in rebus dubis. seruire humi-
litas iubetur. ut & quāda loqui
possumus non extollamur.
ne fostasse haec ipsa locutionis
nrae gratia. non nobis sed
auditoribus n̄ris conlata sit.

Et rursus quando loqui non possumus.
 hi qui nobis commissi sunt minime nos diiudicent. ne fortasse non ex nostro sed ex peccato audientium loqui minime possumus. Ad hoc ergo nobis cuncta demeritis nostris incerta sunt. ut unam certam gratiam teneamus humilitatem. quatenus & nos cum loquimur. ex omnipotentis dei dono. hoc esse nostrum meritum putemus.

Et quando a locutione doctrinae obmutescimus. quamuis nostra culpa sit. uos tamen hanc esse ueram specialiter credatis.

Quatenus dum uicissim nobis mala tribuimus. & bona aliis. per ipsam humilitatis gratiam fiat. ut doctrinae sermo qui ablati fuerat redeat. Sequitur.

Cum autem locutus fuero tibi. aperies os tuum & dices ad eos.

Haece dicit dominus deus qui audit audit. & qui quiescit quiescat. quia domus exasperans est terra.

Saepe quidam uerbum dei audire desiderant. sed cum alios conspiciunt autem auctere.

etiam ipsi a salutis auditu diuertiuntur. Et plerumque multi quiescere appetunt. atque acuitis mundi huius actibus uacare. nullis iam terrenis desideriis subcumbere. Sed dum uident alios inquiete agendo proficere. atque in hoc mundo diuitiis & honoribus extolli. quia nec dum uia rectitudinis firmi sunt. ad praua opera. ex aliorum exemplo delabuntur. Hinc est enim quod in typo infirmantium. psalmista loquens dicebat. Mei autem pene moti sunt pedes. pene effusi sunt gressus mei. quia zelatus sum in peccatoribus. pacem peccatorum uideo.

Domine superbit impius incendiatur pauper. hinc ad hieremiam prophetam. uoce dominica de iuda & israel dicitur.

Numquid uidisti quae fecit. Abiit a uersa terra israel. sibi metipsa super omnem montem excelsum. & sub omne lignum frondosum. & for

nicata est ibi. & dixi. cum fe-
cisset haec omnia. ad me con-
uolare. & non est reuersa. Ubi
statim subditur. qualiter exemu-
latione eius. & iam uida ceci-
dit. quae stare uidebatur.

At enim. Et uidit preuaricatrix
soror eius uida. quia pro eo qd
moechata esset. auersatrix
israhel. dimissem. & dedisse
ei bellum repudii. & non tui-
it preuaricatrix uida soror
eius. sed abuit & fornicata est
etiam ipsa. Ecce misericors
dñs contemnitur & uocat. auer-
santibus se. sinam misericor-
diae aperit. Quia peccanti di-
cit. ad me conuertere. & tam-
non est conuersa. Sed quia
omnipotentē dñm plebs isra-
helitica deseruit. reuesti nolens.
libellum repudii accepit.

Deseruit uidelicet peccando. sed
libellum repudii accepit.
in suis iniquitatibus sine fla-
gello remanendo. Anima enī
quae peccat recedit. Sed si
eam post peccatum p̄spen-

tas sequitur. nulla disciplina.
nulla distractionis increpatione
uocat ad cor. in diuisione quam
inter se & dñm fecit. etiam libel-
lum repudii. accepit. Utiam
uelit aliena derelicta. faciat
mala quae uult. Zeli dñi flagel-
la non sentiat. quatenus ad
aeterna supplicia p̄fundius
descendat. Sed soror eius uida
quō dimissa israheliticam ple-
bem. in suis uoluptatibus uidit.
ipsa quoq. in inuidia for-
nicationis exarsit. Quia enim
aspexit adulteram in sua per-
uersitate florere. etiam ipsa
non timuit deterius peccare.
atq. a conuictione dñi. quasi
auri legitimi cubile recedere.

Unde necesse est. ut peccantes
quosq. tunc consideremus mise-
ros. quando eos conspiciamus.
in culpa sua sine flagello dere-
lictos. hinc enim per salomonem
dicitur. Auersio paruulorum
interficiet eos. & p̄spertas stul-
torum perdet illos. Qui enim
ad dō auertitur & p̄spertatur.

tanto perditioni sit proximus. quanto a zelo discipline inuenitur alienus. Dicatur ergo: Qui audit audiatur & ^{qui} quiescat. quia domus exasperans est. Ac si aperte diceretur. Vos qui iam uerba ueritatis audire. & a praua coepisti actione quiescere. illos imitari quorum me exasperare uideatis. Quod tamen intellegere & aliter possumus. Quidam enim uerbum audientes non audiunt. Iam quoniam aurem ad sacrum eloquium ponunt. sed contra mundi desideria non euellunt. Et sunt nonnulli ^{qui} quiescentes. mirumne quiescunt. quia a prauis quidem actionibus otiosi sunt corpore. sed per uersitatem operum ex dilectione uersant uivente.

Hinc est enim quod de iudea ad captiuitatem perueniente scriptum est. Uiderunt eam hostes. & deriserunt sabbata eius. Hostes quippe sabbata derident. quando maligni spiritus otiose menti prauas cogitationes inueniunt. Iam. Ut & si quiescat ab opere. non

quiescat a malorum opere delectatione. Recte ergo nunc dicitur. qui audit audiatur. quatenus sic fiat sermo in aure corporis. ut sonet in aure cordis. Et ^{qui} quiescat quiescat. ut praua desideria repellatur a cogitatione. cum iam repulsa uidentur ab opere. Ubi ne malorum sicut diximus exempla sequamur. adiungitur. quia domus exasperans est. Mali autem & si diu tolerantur. subito corruunt. & eorum poenas infirmi conspiciunt. ne quorum culpas impunitas existimant uidentur. Unde hic quoque eiusdem iudeae desolatio subiungitur. quae domus exasperans uocatur. Cum prius propheta suo dominus dicit. Et tu fili hominis sume tibi laterem. & pones eum coram te. & describes in eo ciuitatem hierusalem. & ordinabis aduersus eam obsidionem. & aedificabis munitiones. & conportabis aggerem. & dabis

communum timere & sanctificare in uerbis ueris illi

contra eam castra . & pones
arietes in gyro . Et tu sime
tibi sartagine[m] ferream .
& pones eam murum ferreum
inter te & ciuitate[m] . & obfir-
mabis faciem tuam ad eam .
& erit in obsidione . & circu-
dabis eam . signum est domi-
israhel . In quibus uidelicet
uerbis quid aliud iuxta
historiam nisi hierosolymae
urbis obsessio . atq; destruc-
tio designatur . & peccatoris
populi afflictio exprimitur .
qui domus exasperans uo-
catur . cum a peste dicitur .
ordinabis aduersus eam ob-
sidionem . & aedificabis mu-
nitiones . & conpostabis ag-
gerem . & dabis contra eam
castra . & pones arietes in gyro ;
Sed quia uerba pphetiae sic
plerumq; narrat historica .
ut phaec etiam mystica descri-
bant . oportet ut haec eadem
quae ptulimus . spiritualiter
diferamus . maximae . quia
in eis inter ponitur . quod

teneri posse ad littera[m] non ui-
detur . cum dicitur . Et tu sime
tibi sartagine[m] ferream . & po-
nes eam murum ferreum inter
te & ciuitatem . & obfirmabis
faciem tuam ad eam . & erit in
obsidione . Nisi enim rebus histo-
ricis mystica miscerentur . quid
sartago ferrea necessaria pro-
phetae fuit . ut hanc inter se
& ciuitatem poneret . quatenus
se ab eius obsidione separaret . .
Cum enim dicitur . sime tibi sar-
tagine[m] ferream . & pones eam
murm ferreum . inter te &
ciuitatem . aperte declaratur .
quia per eandem sartagine[m]
ferream . ab obsidione ciuitatis .
ppheta se liberum reddat .
Unde qd̄ predicti sub iungitur .
& obfirmabis faciem tuam ad
eam . & erit in obsidione . .
Et ex qua re ostenditur . quia
ppheta in eadem obsidione non
erit . si sartagine[m] ferream inter
se & ciuitatem . murum ferreu[m]
ponit . & ceste siue in ea cap-
tuitate quae prius . siue in

ea quae postmodum israheliti
 co populo contigit. nullus ab
 eiusdem ciuitatis periculo liber
 fuit. sed ^{omn} simul par calami
 tas inuoluit; quid ergo intel
 legi iuxta litteram potest. ut
 ppheta inter se & ciuitatem
 quae obsidenda est. sartagine
 ferream ponat. Sed quamuis
 omne hoc quod in descriptione
 lateris sub signo hierosolimoꝝ
 ciuitatis legitur. iuxta litteram
 factum sit. nobis tamen sciendum
 est. quia typic^{us} ad sartagine
 figuratur. Sed obsessio hierosoli
 moꝝ uerba describitur. Ex
 qua re instruumur. ut dum
 aliud completum iuxta historiam
 scimus. & aliud iuxta historiam
 oratio^{ne} uacare cognoscimus. in
 sacro uerbo utraq. teneamus.
 Quatenus & obsessionem hiero
 solimoꝝ quae iuxta litteram
 post modum facta est. in pro
 phete uerbis & factis credamus
 esse figuratam. & ^{tamen} per ean
 dem obsidionem. obsidio alia
 id est interior designetur.

In qua uere querimus. quid per
 sartagine ferream. quae
 murus ferreus dicitur. uale
 at designari. Illam itaq. ob
 sidionem qua hierosolimoꝝ
 ciuitas destructa est. iam
 factam nouimus. sed nunc
 aliam intrinsecus quae cot
 tidie agitur. requiramus.
 De qua per significationem dici
 tur. & tibi hominis. sume
 tibi laterem & pone eum
 contra te. & describis in eo
 ciuitatem hierusalem. Sed
 ante nobis inquirendum est.
 Cur ezechiel ppheta uel quo
 tiens sublimia conspicit.
 uel quotiens aliqua agere
 mystica uidetur. prius
 filius hominis appellatur.
 Saepe enim subleuatur ad cae
 lestia. & occultis atq. inuisibi
 libus rebus. eius mens pasci
 tur. Necessse ergo est ut in
 ter occulta quae penetrat.
 filius hominis uocetur. ut
 semper agnoscat quod est.
 & numquam extollatur de his

ad quae ducitur. Quid enim.
pphete ad spiritalia subleua
to. semper fili hominis dicere.
nisi cum infirmitatis pprie me
morem facere. ut conscius in
firme conditionis. eleuari in
cogitatione non debeat. de
magnitudine contemplatio
nis suae. Qui uero isdem p
pheta ut & supra diximus.
typum predicantium uel doc
torum tenet. recte ei nunc dici
tur. Sume tibi laterem &
pones eum coram te. Omnis
& enim doctor. cum terrenum
quempiam auditorem. ad cae
lestis uerbi doctrinam suscipit.
laterem adsumit. Cui loqui
coeperit quae sit retributio
caelestis patriae. quae uisio pa
cis supernae. ciuitatem hierusa
lem. describit in latere.
Quem coram se ponit. quia
intenta mente. qualitate
audientis considerat. Id est
perfectum uel defectum con
spicit. & iuxta eius intelle
gentiam. predicationis suae

uerba moderatur. ut describi in
audientis mente ciuitas hieru
salem. id est uisio pacis possit.
Dicatur ergo. Sume tibi laterem.
uidelicet proximum con terrenum.
pones eum coram te. scilicet
ut uitam & intellectum illius.
intenta mente custodias. & dis
cribes in eo ciuitatem hierusalem.
ut ei quae sunt superna gaudia.
diuisione pacis innotescas.

Quasi enim iam hierusalem in
latere descripta est. Cum terre
na mens coeperit. quae sunt
illa interna pacis gaudia uera
cognoscere. Et ad conspiciendam
gloriam patriae caelestis anhe
lare. Quasi uisio pacis
describitur. quando mens que
prius terrena sapuerat. per
amorem iam ad contemplan
dam gloriam patriae caelestis
eleuatur. Sed mox ut animus
amare caelestia coeperit. mox
ut ad uisionem pacis intimae.
tota se intentione collegerit.
antiquus ille aduersarius qui
de caelo lapsus est. uiudet.

& insidiari amplius incipit. acri
 oresq. quam consueuerat temp
 tationes admonet. Ita ut plerūq.
 sic resistentem animam temp
 tet. sicut ante nunquam temp
 tauerat quando possidebat.
 Unde scriptum est. Fili. accedens
 ad seruitutem dī. ^{sta} in iustitia &
 timore. & prepara animam
 tuam ad temptationem.
 Unde & demoniacus qui ad nō
 sanatur. ab exeunte doemone
 discerpitur. Sicut scriptum ē.
 Et clamans & multum discerpens
 eum. exiit ab eo. Quid est enī
 quod obsessum hominem an
 tiquus hostis quem possessū
 n̄ discerpserat. deserens discerp
 sit. nisi quod plexq. dum de
 corde expellitur. aciores
 in eo temptationes generat
 quam prius excitauerat. quan
 do hoc quietus possidebat.
 Unde israhelitae quoq. ad mo
 ysen & aaron dicunt. Uideat
 dñs & iudicet. qm̄ fetere fe
 cisti odorem nrm̄ coram
 pharaone & seruis eius. & pre

buisti ei gladium. ut occideret
 nos. In moysen enim & aaron.
 lex & ppetia figurati sunt.
 Et sepe apud se infirmus animus
 quasi contra eloquia sacra
 murmurat. quia postquam
 uerba caelestia audire & sequi
 coeperit. regis aegypti aduer
 sitas. id est maligni sp̄s temp
 tatio ^{erescit} exercet. Debet ergo
 uigilanter doctor p̄ficiēti
 animae quae illam temp
 tationes sequantur inno
 scere. ut cautam se ualeat
 contra maligni sp̄s insidias
 preparare. Unde bene nunc
 post descriptā ciuitatem
 hierusalem in latere. dicitur
 p̄phete. Et ordinabis aduer
 sus eam obsidionem. & ae
 dificabis munitiones & ē
 portabis aggerem. In qua
 enim iam pacis uisio de
 scribitur. ei necesse est. ut
 temptationum bella nunti
 entur. nam ut ualeat ad
 illa pacis gaudia aeterna
 pertingere. hanc hic p̄cul

dubio oportet tribulationū.
certamina multa sustinere.
De qua bene dicitur. Ordina-
bis aduersus eam obsidionem.
Predicator quippe. contra
erudiendam animam obsi-
dionem ordinat. cum pre-
monendo indicat. quibus
se modis uitia uirtutibus
opponat. Quomodo luxuria
castitatem feriat. qualiter
ira tranquillitatem animi
perturbet. quantum inep-
ta letitia. uigore mentis
resoluat. Qualiter multiloqui-
um munitionem cordis de-
struat. quomodo inuidia.
caritatem interficiat. que
admodum superbia. arcem
humilitatis effodiat. quali-
ter fallacia cum ueritate
in sermone corrumpit.
hanc etiam incognitione
corrumpat. Uti qui uerum
dicere noluit quod intellexit.
iam nec intellegat quod di-
cere ualeat. Ordinatur er-
go a predatore obsidio.

XIII.

cū post scē admonicionis uer-
ba. singulis quibusq. uirtutibus.
quae uel quib. modis uitia in-
sidentur ostenditur. Et contra
hierusalem quam descripsit
inlatere. predicator munitiones
aedificat. quando mala queq.
quam munita contra mentē
ueniant demonstrat. ut se
uitia sub iustitiā specie abscon-
dat. quatenus sicut sepe iam
diximus. immoderata ira.
iustitia uideri appetat. & di-
scipline remissio. mansuetu-
do uideri uelit. & tenacia.
se se parsimoniam nominet.
& inordinata rerū effusio.
se beneuolentia appellet.
Quasi enī aedificatē munitio-
nes contra mentem suam. I.
Et in alto se ostendunt per
imaginem. quae inimo uacant
semper peractionem. Adhuc
quoq. additur. & conporta-
bis aggerem. Quo enī mens
desiderat caelestia ceperit.
eo nulla maligni sp̄s temp-
tationib. suis. terrenas
quando uitia. sub iustitiā specie
ex crescunt.

amplius cogitationes exagge-
 rant. Prophetas ergo aggerem
 conponat. cum predicator
 ses bonis mentibus. qualiter
 terrena desideria subripere
 solent denuntiat. Atq. ad
 huc additur. et dabis contra
 eam castra. et pones arietes in
 gyro. Quasi dat contra ani-
 mam doctor castra. quando
 malignorum spirituum. contra
 eam collectas. atq. adunatas
 insidias indicat. Ut aliquan-
 do non solum modo ex uno.
 sed ex coniunctis uitiis simul
 temptent. Nam sunt ^{quodam} uitia.
 quasi per quandam sibi cogna-
 tionem p. pinquos. Sicut dis-
 solutio spiritus. appetitus gulae
 et inmundicia luxuriae. sic
 multi loquuntur. fallacia. atq.
 peruirium. Ex dissolutione
 quippe spiritus. mens ad ingluui-
 em uentris rapitur. Et dum
 cibus uenter extendit. ad lu-
 xuriam caro trahit. supbien-
 do captiua. Et rursum ex
 multiloquio fallacia gene-

ratum. quia ualde difficile est
 ut qui multa loquitur. non
 etiam mentiatur. Et sepe
 mendacium etiam puirio te-
 git. ut ante humana iudi-
 cia uelet. Superbia quoq.
 ce. sine inuidia. atq. in ani-
 gloria nullatenus potest.
 Supbus etenim quisq. hono-
 rem que ipse ambit. aliis inui-
 det. Et cum hunc fortasse
 obtinuerit. in elatione gloriae
 temporalis ad tollit. atq.
 quod alios conspiciat. minime
 percipere potuit se. hoc se p.
 inane gloriae gaudet peete-
 ris habere. Sciendum quoq.
 est quia saepe nonnulla in-
 itia. ad mentem non simul ue-
 niunt. sed subponunt. ut
 unum alteri in temptatione
 succedat. et aliud contra-
 faciem uenit. aliud uero in
 temptatione se ex latere sub-
 iert. quatenus dum alteri re-
 sistit. ab altero mens decepta
 capiatur. Ipsa enim que superi-
 diximus uitia. plerumq.

se alia palus furtive sub
ponunt. Sicut nonnuquam
dumira uincere in nobis met
ipsis conamur. plusquam ne
cesse est. lenitas mente occu
pat. ut asperitate peccantib.
qua oportet minime pponat.
Saepe uero dum nobis
in esse incauta lenitas displi
cet. helus se in furorem trahit.
atq. extra patientiae limite
^{animu}
omniu captiuum recepit.
Quia ergo pmixta simul uita
atq. aduata contra mente
ueniunt. recte in pdicatoris
ore contra descripta ierusalem
castra pponunt. Et quia
aliquando singula hinc in
de sensu ferunt. ingrro ari
etes ordinant. Poni ergo
pdicator arietes ingrro. dum
caute denuntiat. qua blan
de luxuria decipit. quam
aspere impatientia occidit.
quam laboriose auaritia accen
dit et interimit. qua tumide
supbia extingit. Ingrro itaq.
arietes ponere est. pdicando

ostendere. qui undiq. solent
anima mucrones uitioru ferire.
SEQUITUR. Et sume tibi
sartagine ferreum. et pones eam
muru ferreum. inter te et ciui
tatem; quia ferru. fosse metallu
est. et in sartagine. cibus frigit.
quid p sartagine ferrea. nisi spi
ritalis helus fortis fruxura signat.
Omnis quippe spiritalis helus.
doctoris animu frigit. quia ual
de cruciat. dum infirmos quosq.
aeterna deserere. et rebus tempo
ralib. delectari conspiciat. Qua
bene paulus sartagine ferreum
sumpsit. cum helo animaru
cruciatu dicebat. Quis infir
mat. et ego non infirmor. qui
scandalizat. et ego non uror. Ip
sum suu cor qd animaru helo
succenderat. quid aliud qua sar
tagine fecerat. in qua amore uir
tutu contra uita ardebat.
Qd enim urebat. sartago erat. in ar
descebat enim et roquebat. quia
incendebat. amaritudine heli
contra uita. sed uirtutu alimenta
pparabat ex sua afflicta cogita

tione. Sed quid est qd eandem sar
 taginem ppheta: inter se et ciuita
 tem: murum ferreum ponit. Ni
 si qd isdem fortis helus: qui nunc
 in mente doctoris agit: indie ex
 tremi iudicii: inter eum et anima
 qua auitus helat: testis est: ut et
 si audire is qui docet noluerit.
 doctor tamen p helo que exhibet
 de auditoris negligentia reus
 non sit. Murum ergo ferreum
 inter se et ciuitate ponit: quia in
 ultionis tempore: inde doctor
 ad damnationis periculo munit:
 unde nunc p helu custodie: cor
 dis fruxura patit. Nullu quip
 pe ompni do tale est sacrificiu
 quale est helus animaru. Hinc
 eni psalmista ait: helus domus
 tue comedit me. Quantum
 uero fruxura cordisq: p spiritale
 helu agit: ompnem dnm placat.
 apte ostendit: cum offerri ple
 gem similia in sacrificia iubetur.
 O equa scriptum est. In sartagine
 oleo conspersa frigit: offeretq:
 eam calidam: in odorem suauiissi
 mum dno sacerdos: qui patri iure

successerit: et tota cremabitur
 in altari. Tunc enim similia in
 sartagine frigit: cu munda
 mens iustip heli sci ardorem
 cremat. Que conspergi oleo
 precipit: id est caritatis miseri
 cordie misceri: que in conspe
 ctu ompnis dni ardet et lucet.
 Conspargat ergo oleo mens que
 in sartagine frigit: quia sci
 heli districtio: necesse est ut
 ex misericordie uirtute et ar
 deat: et clarescat. Amat enim
 eundem ipsum que insequi ui
 det. Unde et calida in odore
 suauiissimu dno offerri precipit:
 quasi amore helus non habet.
 ea que de sartagine offertur:
 calorem similia mittit. Et no
 tandum quis eam offerre pre
 cipit: uidelicet sacerdos qui pa
 tri iure successerit. Ille enim sacer
 dos patri iure succedit: qui esse
 se ompnis dni filiu: morib: de
 monstrat: atq: anobilitate in
 tima: operu suoru ignobilitate
 non discrepat. Que in altari
 tota cremari precipit: ut uide

no huius paltore

qs dicitur offer

licet holocaustum fiat. holocau-
stum enim totum incensum dicimus.
Unde et in translatione altera hoc
in loco haec eadem similia quae
in sartagine frigitur holocau-
stum fieri iubetur. hoc autem
inter holocaustum et sacrifici-
um distat. quia omne qui-
dem holocaustum sacrificium est.
non omne sacrificium holocau-
stum. Sunt enim multa bona quae
aguntur sacrificia. sed holocau-
sta non sunt. quia tota mente
in amore spirituali minime in-
cendunt. Qui enim sic operantur
ea quae dei sunt. ut tamen &
quaedam quae sunt seculi non re-
linquant. nimirum sacrificium
et non holocaustum offerunt.
Qui autem cuncta quae mundi sunt
deserunt. et tota mente igne
diuini amoris accendunt. hi
nimirum omnipotenti domino sacrificium
& holocaustum fiunt. Similia
itaque in sartagine est. munda
mens iusti. in heli spirituali
afflictione. quae per solli-
tudinem animarum frigitur.

et tribulum sacrificium. sed etiam
holocaustum domino esse deputatur.
Sumamus ergo sartagine ferream.
et ponamus eam murum ferreum inter
nos et civitatem. id est ad sumamus
helum fortem. ut inter nos et audi-
toris nostri animam. inueniamus hunc
post modum fortemmunitionem.
Tunc enim hunc murum ferreum
inuenturi sumus. si unum eum forti-
ter tenemus. videlicet docendo.
custodiendo. suadendo. increpan-
do. mulcendo. terrendo. Aliquan-
do lenit. aliquando uero etiam
seuerius agendo. De qua recte
seueritate subditur. et obfirmabis
faciem tuam ad eum. et erit in ob-
sione. Quid est obfirmare faciem
ad ierusalem in latere describitur.
Nisi ut ei animae eius caelestis pa-
cis uisionem doctor denuntiat.
si adhuc eam infirmam in suis
actibus conspiciet. remissiore et cle-
mentiore se minime ostendit.
Unde scriptum est. filius tibi sum.
serua corpus illarum. et non osten-
das hilarem faciem tuam ad illas.
Infirmus quippe animus. atque ad

appetuum mundi declite. ali
 quando melius ex seueritate ser
 uantur. ut ob firmata facies. id est
 perseueritatis custodia ab omni
 spe frivole remissionis obducta.
 inconstante terreat. atq. ad electi
 one uitioru. distractionis iugore
 constringat. Qd cum ad doctore
 agit. semper necesse est. ut dulce
 do & humilitas in corde teneat.
 Quatenus & multum amet. & nu
 qua contra eum pelatione super
 blet. cui tamen amore suum & hu
 militate. punitate eius p dere
 recusat. **SEQUITUR.**
 Et circumdabis eam. Circumdat doc
 tor auditoris animam cum in omne
 qd in hac uita agit. temptationu
 laqueos. ad poni posse denuntiat.
 Ut dum ubiq. sit mens pauida. ubiq.
 circum inspecta. quanto timi
 dior. tanto uigilantior uiuit.
SEQUITUR. Signum est domus
 israhel; si ad hystoria obsidionis.
 que iuxta litera facta est. signu.
 est dom' israhel. qd p pheta fecit.
 Si uero ad mysteriu qd cotidie
 erga unius cuiusq. animam ad docto

re agitur. signum est domus
 isrl. & hoc qd agit. et hoc qd a
 gendo nuntiauit. Quia sicut
 domus isrl. obsidione corpo
 rali ptulit. Ita una queq.
 anima. que in se uere. ompti
 do incipit. obsidentes se in fidi
 as malignoru spirituum sen
 tit. A quib. si uere eripi. appe
 tit. scire debet. quia eripi sua
 uirtute. non possit. Sed eius
 necesse est. ut adiutoriu speret.
 qui nos et in carne corruptib.
 uiuentes. p sue redemptionis
 mysteriu. potest etiam sup sps
 qui sunt sine carne. roborare.
 Iue xpe dñs. qui uiuit. et regnat
 cum patre in unitate sps scis.
 per omnia secula seculorum amen.

**INCIPIUNT OMNIE
 SECRETORUM PAPAE
 BIS ROMANE IN EXTIMA
 PARTE E HIEHELIS** pphetae.

QUIA
MALTIS
CURIS PRE
mentibus
in ehechel
librum: coram
caritate: uestra
totum per
ordinem pferita
ri non
licuit: bonus iuris de
denis placuit petere: ut altim
extrema eius uisio q^{ue} facta est
de edificio in mente: constituto
que circumetis est uisionib: eius
obscurior exponi debuisset.
Et quidem uoluntati urae me
parere necesse est. Sed duosunt
que hac inre pturbant animu
meum: Unu qd hec eade uisio
tante obscuritatis nebulis tegit^r
ut uix mea aliquid intellectu
in uolucante uideat^r. Aliud
qd iam agilulsum langobardo
rum regem: ad obsidione nram
sum opere festinantem: p uclum
transisse cognouimus. Unde
pensate frs emi: in caligat^r
ae mysticis sensib: penetrare.

quid ualeat mens misera: timoris
sui pturbationibus occupata:
Quinto enim circa terrena plus
satagit: tanto in his que sunt ce
lestia minus uidit: c^o qd curis
suis extra se ducit: & ualde intus
minor est: quia sicut scriptu est:
deprimit terrena habitatio sen
sum multa cogitante. Que enim
superiora penetrare etiam colle
cta non sufficit: pensate quid
agere poterit diuisa: Scimus oms
quia & fluuus qui in multis riuus
diuidit^r: a suo alueo siccit^r: secta
men ad hec^r inter hec: adest supna
gratia. Et si mentem meam cogi
tationum mearum pondera de
primunt: uestrorum hanc pen
nae desideriorum leuant. Obscu
rum quidem ualde est opus qd
aggredimur: sed ponamus ina
nimo: quia nocturnum nec agi
mus: Restat ergo: ut hoc palpan
do: carpamus.

EXPLICIT PLOGVS

IN VICESIMO ET QUINTO
anno transmigrations nrae in
exordio anni decima mensis quar-
to decimo anno post qua per-
cussa est ciuitas ipsa hac die
facta est super me manus dñi. et
addixit me illuc; dicturus mi-
sticæ narrationem historicam
pinitit. ut figat extempore
qd̄ credatur in reuelatione. No-
tandum uero qd̄ in exordio libri
huius quo anno pphetare coe-
perit indicauit. Ita ut cognosci
ualeat in quot annis pphetiae
sue librum dixerit; Tempus
namq; quo pphetare coepit. in lo-
cutionis suae initio posuit dicens.
Aperisunt caeli et uidi uisiones dñi.
in quinta mensis ipse est annus
quintus transmigrations regis
ioachim. Nunc uero loquitur
dicens. In uicesimo et quinto an-
no transmigrations nrae; isdem
namq; ppheta in captiuitate
prima. cum ioachim rege fuerat
in babilonia transductus. Nā
de secunda ierosolimoru capti-
uitate. In fine uero inseruit. quo extre-
mā uisionē uidit.

uitate subiungit. quarto deci-
mo anno postquam percussa
est ciuitas. Undecim quippe
annis sedechias post captiuita-
tem primā. in qua ppheta ie-
hechiel cum ioachim rege ad-
ductus est. in ierosolimorum
urbe regnauerit. Post capti-
uitatem uero eiusdem se dechie.
que iam secunda erat urbis cap-
tiuitas. quarto decimo anno
ppheta uisionem ultimam ui-
debat. Undecim itaq; et quatuor-
decim simul iuncti faciunt.
xx. et v. Sugit uisionē primā.
quinto captiuitatis prioris an-
no locutus est. atq; hanc ulti-
mam uicesimo et quinto anno
factam fuisse describit. pfecto
patet. qd̄ in xx. annis locuti-
onis suae moras. usq; ad ultimā
eius uisionis uerba detenderit.
Nec mouere que piā debet. qd̄
in medio pphetiae suae uolumi-
ne. cum de babilonico rege lo-
queret. uicesimi ac septimi
anni memoriam fecit. Quom-
loco. cum nihil de tempore.

sus captiuitatis interfert. apte
demonstrat. quia eius regis tem
pora ^{be} describit. de quo ut pphe
taret acceperat; qd uero ait.
in exordio anni. decima mensis.
tempus simpliciter exprimit. ut
ex ipso quoq. tempore. in corda
audientium. iuxta litteram. uer
bi radicem figat. ex qua spirita
les fructus post modum pferat.
Notandum uero. qd ait. quasto
decimo anno. post qua percussa
est ciuitas. ipsa hac die. Quidē
enim qd per hanc uisionē uli
mam. omnis dñs. ea ipsa die digna
tus est. pmissionis sue. misericor
diam facere. qua die in percussa
ciuitate iram iustitię impleuit.
Nisi qd illa diuinitatis uis. que
induersitatis motum et muta
bilitatem non ducit. ea ipsa luce
iustitię. afflictos ac penitentes
uiuificat. qua superbientes. ac
rigidos percussit. Premisso itaq.
uisionis sue tempore. subiun
git. facta est super me manus
dñi. et adduxit me illuc in uis
ionibus dñi. adduxit me inter

ram israhel. & dimisit me super
montem excelsum nimis. super
quem erat. quasi aedificium cui
tatis uertentis ad austrum. Cuius
uidelicet ciuitatis aedificium.
accipi iuxta litteram nullatenus
potest. Nam paulo post subdit.
hoc ipsum aedificium calamo sex
cubitorum et palmo. porta uero
eiusdem aedificii. quatuordecim
cubitis mensuratum. cuius poste
frontes eē phibet. sexaginta cubi
torum. Que cuncta stare iuxta
litteram nullatenus ualent. Quo
modo enim totum simul aedifi
cium. calamo idest sex cubitis. &
palmo mensurat. et porte aedifi
cii. in quatuordecim cubitis. fron
tes uero portarum in sexaginta
cubitibus extendunt. Porta uero
in ciuitate est. frontes uero in por
tis & nulla recipi ratio potest.
quia minus est hoc qd continet.
ab eo qd continetur. Inscriptura
autē sacra. et ea que accipi secūm
historiam possunt. plerumq.
spiritaliter intellegenda sunt. ut
et fides habeat in ueritate histo

rie. & spiritalis intelligentia
 capiatur de misteris allegorie.
 Sicut illud quoque nouimus quod
 psalmista ait; quomodo uidebo
 celos opera digitorum tuorum.
 lunam et stellas quas tu funda-
 sti. Ecce enim in exteriori de-
 scriptione stat sermo rationalis.
 quia et celi opera dei sunt. &
 luna ac stelle ab eo create atque
 fundate sunt. Sed si hoc psalmi-
 sta iuxta sola exteriora opera et
 non etiam secundum intellectum mysticum
 cum asserit. qui celos opera dei esse
 professus est. dicitur lunam et stellas.
 cur non etiam solem quem scripsit quod
 eius opus est. pariter enumerauit.
 Sicut iuxta solam litteram loque-
 batur. dicitur luminare minus.
 prius luminare maius dicere de-
 buit. ut ante solem. et post lunam.
 atque stellas fundata esse prohiberet.
 Sed quia iuxta intellectum mysticum
 loquebatur. ut lunam scilicet eccle-
 siam. et stellas omnes sanctos accipere
 deberemus. solem nominare noluit.
 quia uidelicet ipse aeterno so-
 li loquebatur. de quo scriptum est.

Uobis autem qui timetis dominum. orietur
 sol iustitie. De quo propheta in
 fine dicitur. sicut sol iustitie
 non ortus est nobis. Dicendo et-
 go lunam et stellas quas tu
 fundasti. et tamen tacendo so-
 lem qui factus est. indicauit
 quia illi soli locutus est. qui
 non solum solem et lunam.
 atque stellas corporaliter. sed etiam
 lunam ecclesiam. atque stellas
 sanctos omnes spiritualiter fecit. Si er-
 go cum aliquid deest historice.
 a aperta ratione ducimur
 ad intellectum allegorie. quan-
 to magis illa spiritaliter accipi-
 enda sunt. in quibus iuxta
 rationem littere. historicum
 nihil sonat. Facta est super
 me manus domini. & adduxit me
 illuc in uisionibus domini. addu-
 xit me in terram israhel. Quod
 dixit. adduxit me illuc. hoc
 replicans subdidit. adduxit
 me in terram israhel. At enim.
 Facta est super me manus domini. et
 adduxit me illuc in uisionibus
 domini; manus etenim uirtutum po-

testatis uisiones uero ipsam quā
accesserat reuelationē signifi-
cant. Manus quippe inuisio-
ne est. uirtus in contemplatio-
ne. Quib. uerbis quid a peste in-
dicat. nisi quia nihil decuita-
te quam uiderat. iuxta literā
dicat. Nam spiritaliter de ea
loquitur. quā spiritaliter
contemplatur. Et dimisit
me super montem excelsū
nimis. Quem ergo signifi-
ficat. mons excelsus nimis.
Nisi mediatorem dī et homi-
num. hominem ih̄m xp̄m.
qui de terra quidē. sed ultra
terrā est. qui. caro eiusdem
redemptoris n̄rī de iuis ha-
bet materia. sed in summis
preminet potestate. Quem
minus erat. ut excelsū dice-
ret. nisi adderet nimis. quia
non solum homo. sed ex eius-
dem humanitatis concepti-
one. quę ab eo assumpta est.
d̄s homo non solum homo ultra
homines. sed homo etia sup
angelis factus. hinc enim

de illo per esaiam dicitur. In
die illo erit fructus terrae sub-
limis. creator etenim noster. quia
p nobis incarnatus est. fructus
terrae factus est nobis. Sed iam
fructus terrae sublimis est. quia
homo natus in terra. sup angelos
regnat in caelo. Quia iuxta qui-
dē pauli uocem. omnia subiecit
sub pedibus eius. In eo enim qd
illi subiecit omnia. nihil dimisit
non subiectum ei. non ergo iste
est et excelsus et nimis. quia et si
de terra est p substantiam huma-
nitatis. incomparabilis tamen
est ex altitudine diuinitatis.
Hinc est enī qd eundē d̄m cum
esaias ppheta pspiceret. incar-
nandū eē uenturū. ppheticę
sp̄u subleuatus. ait. Et terti inno-
tissimis diebus preparatus mons
domus d̄ni in uertice montium.
Domus enī d̄ni. israheliticus popu-
lus fuit. mons itaq. domus d̄ni.
ille appellatus est. qui. ex israhe-
litico populo incarnari digna-
tus est. fuerunt aut in eodē po-
pulo sc̄i uiri. qui montes iure

uocarentur: quia per uite meri-
 tum ad caelestia p̄p̄inquauerunt.
 Sed incarnatus unigenitus istis
 montibus aequalis non fuit.
 quia natura uitae menta omni-
 um ex sua diuinitate transcen-
 dit. Unde et recte super uer-
 tice montium dicitur. Quia ex-
 celsus ex diuinitate sua inuen-
 tus est etiam super cacumina sc̄o-
 rum uerbi quia multum in dō-
 p̄fecerunt. eius aestigia uix potu-
 issent tangere ex uertice cogita-
 tionis. Qui ergo illic mons super
 uerticem montium dicitur. ipse
 hic mons excelsus nimis esse per-
 hibetur. **SEQUITUR.**
 Super quē erat quasi aedificiū
 ciuitatis uergentis ad austrum.
 Notandum qd̄ non dicitur super
 quē erat aedificiū sed quasi
 aedificiū. Ut uidelicet osten-
 deretur quod non de corporalis
 sed spiritalis ciuitas aedificio
 cuncta dicerentur. Qui enim non
 se aedificiū sed quasi aedificiū
 uidisse phibet. cor audientium
 ad spirituale fabricā mittit. Sicut

per psalmistam dicitur. Hierusalem
 quē edificat̄ uite ciuitas: quia enī
 illa interne pacis unio ex sc̄o-
 rum congregatione construct̄.
 Hierusalem caelestis uite ciuitas ac-
 dicitur quia tamen in hac pe-
 regrinationis terrā dum flagel-
 lis percussit̄. tribulationibus
 tundit̄. eius lapides cotidie qua-
 drantur. Et ipsa est ciuitas sci-
 licet sc̄a eccl̄ia: quē regnatura
 in caelo adhuc laborat in terra,
 cuius ciuibus petrus dicit; et
 uos tamquam lapides ui uisū
 per aedificamini. Et paulus
 ait. dī agri cultura. dī aedi-
 ficatio estis. Quae uidelicet
 ciuitas habet hic in sc̄o morib.
 magnum iam aedificiū suū.
 In aedificio quippe lapis lapi-
 dem portat. quia lapis super
 lapidem ponit̄. & qui portat
 alterū. portatur ab altero.
 Sic itaq; sic in sc̄a eccl̄a. unus
 quisq; et portat alterum &
 portat̄ ab altero; nam uicissi-
 se p̄ximi tolerant. ut per eos
 aedificiū caritatis surgat.

hinc enim paulus admonet di-
cens. Inuicem onera uia por-
tate. sic adimplebitis legē xpi.
cuius legis uirtutem denunti-
ans ait. Plenitudo legis caritas.
Si enim ego uos portare negle-
go in moribus uiris. et uos me
tolerare contemnitis in mori-
bus meis. Caritas aedificiū
inter nos unde surgit. quos
in caria dilectio p̄ patientiā
non contungit. in aedificio
aut ut prediximus. lapis
qui portat. portatur. quia
sicut ego iam eorū mores tol-
lero qui adhuc in conuersatio-
ne boni operis rudes sunt. Ita
ego quoq. ab illis toleratus su-
m. qui me in timore dñi. p̄cesse-
runt. & portauerunt. ut por-
tatus portare discerem. ^{sic}
se a maioribus portatus
sum. Lapidēs uero qui summi-
te atq. extremitate fabrice
ponuntur. ipsi quidē portan-
tur ab aliis. sed alios nequaqua
portant. Quia et hi qui in fine
a ecclesie. id est in extremitate

mundi nascituri sunt. tolerant
quidem a maioribus. ut eorū mo-
res ad bona merita cōponant
sed cū non eos secunt. Qui per
illos p̄ficiant. nullus sup se
fidelis fabrice iā la p̄ides
porta t. Nunc itaq. alii
portantur a nobis. nos uero
ab aliis portati sumus. Omne
aut pondus fabrice funda-
mentum portat. quia mo-
res simul omnium solus redem-
ptor n̄r tolerat. De quo pau-
lus ait. Fundamentū aut ali-
ud nemo potest ponere. p̄ter
id qd̄ positū est ihs xps. Portat
fundamentū lapides. & a lapidib.
non portatur. quia redemptor
n̄r omnia n̄ra tolerat. sed in ipso
malū non sunt. qd̄ tolerari de-
bisset. Unde bene nunc dicit.
O emasit me sup monte excelso
nimis. sup quem erat quasi
aedificiū ciuitatis. Quia mores
& culpas n̄ras solus ille sustinet.
qui totā sc̄e eccleie fabricam
portat. qui p̄pheta uocem
de p̄uersa adhuc uiuentibus

dicit. Laborauit sustinens. Non
 sustinendo dñs laborat. cuius
 diuinitatis potentia. nulla fa-
 tigratio contingit. sed uerbis
 humanis loquens. ipsam suam
 circa nos patientia. labore uocat.
Et notandū. quod eandem ciui-
 tatem ~~propheta~~ ppheta ad austrū
 uergentem uidit. **A**uster enim
 uentus quia in sc̄i sp̄s typo po-
 ni solet. hui qui in sacro eloquio
 studiosi sunt recognoscunt.
Sicut **C**ontrario paquilonem
 saepe diabolus designat. quia
 & ille relaxat in calore. & iste
 constringit in frigore. & ueri-
 tas dicit. Abundabit iniqui-
 tas. refrigescet caritas multoz.
Propheta quoq. de iudea assertit
 dicens. Sicut frigidam facit
 cisternā aqua. sic frigida fa-
 cit malitia mentē. hinc enim
 diabolus ppheta eodem atte-
 stante dixisse phibetur. Sede-
 bo in monte testamenti. in la-
 teribus aquilonis. Et quia
 torporem mentis sc̄i sp̄s
 gratia relaxat. hinc psalmista

ait. **C**onuertere dñe capti-
 uitatem nr̄am sicut tor-
 rens in austro. Captiuitas
 enim torporis fri-
 gore. ad sequendū dñm pi-
 gra remanserat. per calorem
 sc̄i sp̄s relaxatur. ut currat
 in amorem dī. Unde et
 nunc dicitur. quod ciuitas
 que in monte constituta est.
 ad austrum uergit. quia de-
 ctorum ecclesia cogitationes
 suas in afflato sc̄i sp̄s aperit
 atq. ab omni superbię suę uer-
 tice descendens. in dō cui credit
 amoris calorem concepit. ut
 nihil ei placeat nisi eius
 gratiae submitti. eius dilecti-
 one calefieri. eius afflatus
 semp munere replet. Unde
 & ualido amore succensus
 contemplant dicebat. Anima
 mea exultauit in dño. dele-
 ctabitur sup salutaris eius.
Qui enim latine salutaris. ip-
 se hebraice ihs dicit. Prophe-
 ta igitur. quia uas eius. atq.
 miracula redemptionis quoq. nr̄e

miristerium per prophetie sps con-
templatur exultare se in dno
et delectari super ium phibuit
quia inde gaudiu in mente con-
ceperat. Unde p amore forti-
ter ardebat. Pensemus itaq
si mentis spiritalium patrum
in illo delectate sunt qui nec-
dum uenerat sed p uidebatur
cuius reatus sit eius uias eius
exempla eius monita post qua
uenit et redemptione exhibuit.
non amare; hec ergo ciuitas
ad austrum uergere dicitur.
Ac si a peste diceret: qd prior
illa ciuitas scilicet synagoga
in infidelibus suis ad aquilo-
nem stetit. que in frigore per-
fidie durauit. Sea uero eccle-
sia quia caritate fidei conce-
pit per calorem ad austrum
uergit. et quasi calido uento
innititur. quia non in sui fi-
ducia sed in dono spitalis grae
laetatur. **SEQUITUR.**
Et introduxit me illuc. Cae-
lestis ciuitatis aedificiu ille
intrat qui in sca ecclesia bono

rum uias imitando considerat.
Intrare quippe est aedificiu sem-
per electos scae aeccle qualiter
p ficiunt in dno amando consi-
derare. Iste enim uita coniu-
gio ligatam ducit. p prius rebus
contentus est. aliena non deripit.
de suo quicquid preualet in-
digentibus largit. Peccata sine
quibus cottidiana uita a con-
iugatis duci non potest flere
non neglegit. Pro eo enim qd
ipsa familiaris cura animum
conturbat sese ad lacrimas
excitat. Ille uero iam cuncta
quae sunt mundi deseruit. nil
eius habere appetit. solius con-
templationis exercitamine
pascit. spe proemio caelestiu
cu fletibus laetatur. Transcendit
ipsa etiam quae habere con-
cessa sunt. Cottidianu cu dno
habere secretu quaerit. Nulla
eius animu pterseuntis mundi
cura pturbat mentem semper
in spectatione caelestiu gaudi-
o dilatat. Aliis uero huius
mundi cuncta quae deseruit.

cuiusq; mens in contemplatione
caelestium subleuatur. Sed tamen
per aedificationem multorum locum
regimini tenens: qui rebus pre-
teritis ex desiderio non sub-
cumbit. ad eas aliquando propter
proximorum compassionem reflectit.
ut ex earum cura indigentibus
miseretur. Verbum vite audi-
toribus predicat. animabus simul
et corporibus necessaria minis-
trat. et quibus propter se ad caeleste
desiderium iam per contempla-
tionem euolat. adhuc tamen per
fectu & utilitate proximorum.
in rebus temporalibus laborat.
Quisquis ergo in secula ecclesia consi-
derare. sollicitè studet. aut in bo-
norum coniugatorum uita. aut in
arce continentium et omnia quae sunt
huiusmodi derelinquentium. aut
in predicatorum summitate. unde pro-
ficiat. iam ciuitatis in monte po-
sita. aedificium intrauit. Nam
qui considerare meliorum uitam.
ut proficiat negligit. adhuc extra
fabricam stat. & si honorem quae
iam secula secula in mundo habet ad

miratur. quasi aedificium for-
is conspicit. et obstupescit.
et quia exterioribus solis in-
tentus est. intus ingressus
non est. **SEQUIENTUR.**
Ecce uir cuius erat species
quasi species aeris. Ipse signa-
tur in uiro qui figuratur ex
monte. Uir autem iste metiri
aedificium dicitur. et recte
dominus per uirum signatus et
montem. Quia et ipse omnia
intra seculam ecclesiam iudicando
disponit. & ipse eandem seculam
gelam postat. & portando ad
caelestia subleuat. Sic in seculo
quoque euangelio isdem redemp-
tor noster loquitur dicens.
Qui intrat per ostium. pastor
est ouium. et paulo post. Ego
sum ostium. atque iterum post
paucula subiungit. Ego sum
pastor bonus. signatur ipse
pastor. et ipse ostium. et intrat
pastor per ostium. Cur non
hoc in loco et ipse mons. et ipse
uir. intellegitur. Qui aedifi-
cium metitur in monte. Sed

querendum nobis est. cur
de hoc uiro dicitur. Cuius spe-
cies erat quasi species aeris.
cuncti aut nouimus frater
metallum aeris ualde ee du-
rabile. atq. omnimodo sono-
rum. Quid est ergo qd aspec-
tus mediatoris di et hominu.
speciei comparatur aeris nisi
hoc qd aperte nouimus. quia
unigenitus filius formam
serui accipiens. fragilitatem
carnis humane. presurrecti-
onis sue gloria uerit. inae-
ternitatem. Quia in eo caro
facta est. iam sine fine dura-
bilis. Nun surgens a mortuis
iam non moritur. et mors ei
ultra non dominabit. Quid
est aut qd ipsa eius incarnatio
sonoru metallo comparatur.
Nisi qd per eandem assumpti-
one humanitatis nrae. inso-
nuit omnibus gloria maie-
statis sue. et quasi aspectum
aeris habet. in corpore. quia
ds mundo innotuit ex carne.
Unde et per iohanne dicitur.

habebat in uestimento et in semore
suo scriptum. rex regum. et dñs
dominantium. Quid enim uesti-
mentum eius est. nisi corpus eius.
qd sumpsit ex uirgine. Nec tamen
alius eius uestimentum est. atq.
aliud ipse. nam nostrum quoq.
uestimentum. caro dicitur.

Sed tamen ipsi nos sumus caro. qua
uestimur. Hoc aut uestimentum
illius longe ante esauas. aspiciens
per eruce passionis sanguine eru-
entum dixit. Quare rubrum est
indumentum tuum et uestimen-
ta tua. quasi calcantiu in torcu-
lari. Cui ipse respondit. Torcular
calcaui solus et de gentibus non
est uir mecum. Solus enim torcu-
lar in quo calcatus est calcauit.
qui sua potentia eam quam p-
tulit passionem uicit. Nam qd
usq. ad mortem crucem passus
est de morte cum gloria surrexit.
Bene aut dicitur. & de gentibus
non est uir mecum. quia hi p-
quibus pati uenerat. passionis
ee participes debebant. Qui p-
eo quod illo tempore nec dum

crediderant. de ipsis in passio-
ne queritur. quorum uita il-
la passione querebatur. Per
semur uero: ppagatio carnis
est. Quia ergo ppaginem
generis humani. sicut genera-
tionum ordines matheo uel lu-
ca narrantibus describuntur.
in hoc mundo uenit ex uirgine.
et per incarnationis sue myste-
rium quia rex et dñs. cunctis
ubiq. gentib. indicauit. in uesti-
mento & in femore scriptum
habuit. rex regum et dñs domi-
nantium. Unde enim in mun-
do innotuit. ibi de se lectionis
scientiam infixit. Predicatio
ergo eius ex carne. quasi quidā
sonitus ex aere est. Dicatur igit̃
recte. cuius species. quasi spe-
cies aeris. **SEQUITUR.**

Et funiculus lineus in manu eius.
In septuaginta interpretibus
funiculus lineus non habetur.
sed funiculus cementarius. Quo-
rum si in hoc uersu translatione
ad exponendum tenemus. quid
aliud cementarios quam sc̃os clo-

etores accipimus. qui loquen-
do spiritalia. ad caeleste aedifi-
cium uiuos lapides id est electo-
rum animas componunt.

Quicquid enim antiqui patres.
quicquid pphetar. quicquid
apostoli. quicquid apostolor.
successores locuti sunt. quid
aliud quam compositio lapi-
dum fuit. in hac quae cotti-
die construit̃ fabrica sc̃orum.

In funiculo aut̃ cementarii
hoc agi solet. ut cognosca aequa-
litas uel rectitudo surgen-
tis parietis debeat. Etsi lapis
intus est. foras eicitur. si ex-
terius pminet. intus reuo-
catur. Et certe hoc cotti-
die agitur. Predicatio do-
ctorum ut unaquaq.

anima

cui regiminis onera
suscipere fortasse non expe-
dit. etiam si foras apparere
appetat. interius reuocatur.

Et rursum. quae latere uult.
et sui tantum modo curam
gerere. si sibi ac multis esse
utilis potest. etiam cum

latere desiderat. exterius pdu-
catur ut appareat. Sicq. fit
ut scorum lapidum ordo te-
neatur: dum sepe et uolens
ad honorem uenire repellit.
& honorem fugiens in sacri
ordinis arce subleuatur.

Sed quia sicut p̄nterpretem
nostrū didicimus. hebreorū
historia non habet cemen-
tariorum. sed funiculus li-
neus in manu eius. hoc quod
apud nos certius habetur
exponere debemus. Scimus
autē qđ funiculus lineus subtili-
or est quam funiculi fiant
aliunde. Et quid in funiculo
lineo. nisi predicationē subti-
liorem. id est spiritalem debe-
mus accipere. Censura etenim
legis funiculus fuit. sed line-
us non fuit. quia iudem po-
pulum non subtili predica-
tione coercuit. In quo per
paenitentia non peccata co-
gitationis. sed operis rescauit.
At postquam per semetipsum
dñs etiam cogitationes hominū

relegauit. et perfectum esse pec-
catum etiam in corde innotuit.
funiculum lineum in manu te-
nuit. **A**it enim. Audistis quia
dictum est antiquis. non moe-
chaberis. ego autem dico uobis.
quia qui uidet mulierem
ad concupiscendum eam. iam
moechatus est eam in corde suo.

Funiculus ergo lineus est. predi-
catio subtilis. quae mentem
audientis ligat. ne se uel in mi-
sera cogitatione dissoluat.
Et notandum qđ dicitur. quia
ei funiculus in manu est. id est
predicatio in operatione. In se
enim ostendit omne quod do-
cuit. sicut scriptū est. **Q**uia coe-
pit ih̄s facere et docere. Et quia
ipsa quae dixit. scripturae tradi-
dit. recte subiungit. **E**t calamus
mensurae in manu eius. **D**esca
eccl̄a p̄phetam alium dñs
pollicetur dicens. Orietur in
ea uiror calami & iunior. **Q**uod
in loco alio exposuisse me
memini. ut p̄ calami scripto-
res. per iunior uero debeant

auditores intellegi. Sed quia
 ad humorem aquae & iuncus et
 calamus nasci solet. et ex una
 eademq. aqua utraq. proficiunt.
 & calamus quidem ad scriben-
 dum assumitur. cum iunco
 uero scribi non potest. Quid
 in iunco & calamo accipere de-
 bemus. nisi quod una est doctri-
 na ueritatis. quae multos audi-
 tores irrigat. sed irrigati alii
 ad hoc usq. in uerbo dei proficiunt.
 ut etiam scriptores fiant tamquam
 uidelicet calami. Alii uero uer-
 bum uitae audiunt. bonae spei
 & rectorum operum uiridita-
 tem tenent. sed tamen ad scri-
 bendum proficere nullatenus pos-
 sunt. hu quid in aqua dei. nisi
 quidam uitta dicam iunci sunt.
 Qui quidem uiri. discendo profi-
 ciunt. sed literas exprimere ne-
 quaquam ualent. Redemptor
 igitur ⁱⁿ nra quia uerba
 quae ^{se} dixit. etiam per
 doctorum studium sibi largitus
 est. in manu calamum tenuit.
 Qui calamus mensurae dicitur.

quia ipsa doctorum studia. sub
 quadam occulti iudicii dispen-
 satione retinentur. ut & aliis le-
 gentibus proficiunt. & aliis legentibus
 proficere non possunt. Unde sancti a-
 postoli cum magistrum ueritatis
 sibi a pestibus loquentem requi-
 rerent. cur turbis in parabolis
 loqueretur. audierunt. Quia
 uobis datum est nosse mysteri-
 um uerbi dei. illis autem non.
 Uel certe calamus mensurae est.
 quia in ipso sacro eius eloquio
 quod nobis conscriptum est.
 occultas esse dispensationes eius
 agnoscimus. Nam per incom-
 prehensibile eius iudicium.
 & alter intra mensuram electo-
 rum mittitur. & alter foras relin-
 quetur. ut nullomodo ad ele-
 ctorum numerum pertinere
 mereatur. habet ergo funicu-
 lum. habet in manu calamum
 mensurae. Qui enim funiculo
 locum mittitur. alibi funicu-
 lum trahit. aliunde retrahit.
 & huc ducit. quem aliunde
 subducit. Sic nimirum sic

redemptor noster in collectione
hominum factus. dum alios a suis
iniquitatibus educit. alios in sua
iniquitate derelinquit. In his
enim quos colligere dignatus
est occultae mensurae funicu-
lum traxit. & ab his quos relin-
quendos esse iudicauit. quid
aliud nisi funiculum retraxit.
Ut et boni intra mensuram cae-
lestis fabricae teneantur. & ma-
li extra fabricam in quibus bona
quae existimantur non sunt.
quasi sine mensura remaneant.
Hunc funiculum et mensurae ca-
lamum in manu sua redemptor
noster tenuit. cum paulum aposto-
lum per apparentem iurum
macedonem admonere digna-
tus est. ita ut isdem macedo-
nis diceret. Transiens. ad iu-
ua nos. Et tamen uolentes
apostolos ad predicandum
ire in asiam. non permisit
spiritus ihesu. Quid est quod sancti apo-
stoli & sibi uocantur ire ubi
fortasse pergere non cogita-
bant. & illuc ubi desidera-

bant pergere. ire. prohibentur.
nisi quia occulti iudicii funi-
culus. & mensurae calamus in
manu tenetur. ut et alii uer-
ba uitae audiant. et alii nul-
latenus audire mereantur.
Funiculus ergo mensurae est.
qui alio tractus est. aliunde
retractus. Sancto quoque euangelio
testante didicimus quod uenit
qui diceret. Magister. sequar
te quocumque ueris. Cui respon-
sum est. Uulpes foueas habent
et uolucres caeli nidus filius autem
hominis non habet ubi caput
suum reclinet. Uenit aliter qui
diceret. Magister. sine me pri-
mum ire & sepelire patrem me-
um. Cui dicitur. Sine mortuo-
s sepeliant mortuos suos. tu
autem sequere me. & nuntia regni
dei. Quid est quod illi permittit
se ire et deseritur. iste domum
uult redire. & tamen ut
sequi debeat iubetur.
Ille non suscipitur. iste nec ad
horum momentum ab obsequio
relaxatur. In terra ergo occulti

iudicii funiculus & mensurae
calamus ducitur. in quo & iste
trahitur. et ille relinquitur.
ut caelestis fabrica non sine
pro & iusto examine construat.

Potest etiam calamus mensurae
scriptura sacra pro intellegi.
quod quisquis hanc legit. in ea
semetipsum metitur. uel quan-
tum in spiritali proficit uirtute.
uel quantum ab omni quae prece-
pta sunt longe disiunctus reman-
sit. Quantum iam adsurgat ad
bona facienda. quantum adhuc
in prauis actibus prostratus iaceat.

Siquitur. Stabat autem in
porta. Quisquis in porta stat. ex
quadam parte intus est. ex quadam
foris. Quia aliud eius foris acci-
pitur. aliud uero intus abscondit.

Redemptor itaque noster incarnatus
pro nobis misericorditer ante huma-
nos oculos quasi porta stetit. quia
& per humanitatem uisibilis appa-
ruit. et sese inuisibilem in diuini-
tate seruauit. hinc enim uideri
qui hunc ex prophetarum promissio-
ne sustinuerant. perfidiae suae

confusione turbati sunt. quia
eum quem ad ereptionem suam
uenire crediderant. mortalem
uidebant. Qui igitur in porta
stat sicut superius dictum est.
ex quadam parte foris. ex quadam
uero parte intus uidetur. Unde
nec ipsa iudeorum perfidia. sine
diuinae uirtutis est ostensione
derelicta. Nam miracula eius
uidentes traherantur ut crede-
rent. sed rursus passiones illius
perpendentes. dedignabantur
deum credere. quem carne morta-
lem uidebant. Unde factum est.
ut de eius agnitione dubitarent.

Uidebant enim esurientem. siti-
entem. comedentem. bibentem.
lassescentem. dormientem. et pu-
rum hunc hominem esse estimabant.

Uidebant mortuos suscitantem. le-
prosum mundantem. caecos illumina-
ntem. daemonia eicientem. et esse
hunc ultra homines sentiebant.

Sed ipsa eius miracula in eorum
corde cognata. humanitas per-
turbabat. Unde sancta ecclesia sub
sponsae uoce. hunc aperte iam

uideri desiderans ait. En ipse stat
post parietem nrm. Qui enim
humanis oculis hoc quod de
mortali natura assumpsit osten
dit. & in se ipso inuisibilis per
mansit. in aperto se uideri que
rentibus quasi post parietem
stetit. quia uidendum se mani
festata maiestate non prebuit.
Quasi enim post parietem stetit.
qui humanitatis naturam quam
assumpsit ostendit. & diuinita
tis naturam humanis oculis occul
tauit. Unde et illic subditur.
Respicens per fenestras; pspiciens
per cancellos. Quisquis enim
per fenestras uel per cancellos
respicit. nec totus uidetur. nec
totus non uidetur. Sic nimirum
redemptor noster ante dubi
tantium oculos factus est. quia
miracula faciens. si nihil per
tulisset ut homo. plene eis appa
ruisset ds. Et rursus humana
patiens. si nulla fecisset ut ds. pu
putaretur homo. Sed quia di
uina fecit et humana pertulit.
quasi per fenestras uel per cancel

los. ad homines pspexit. ut ds ap
paret ex miraculis. et lateret ex
passionibus. Et homo cerneretur
ex passionibus. sed tamen esse ul
tra hominem ex miraculis agnosce
retur. Sed quia uir iste stare
in porta dicitur. quaerendum
nobis est. utrum facie interius.
et tergo exterius. uel tergo interi
us. et facie exterius stetit. Qua
in re. sic quaesunt premissa et
subiuncta conspiciamus. citius
qualiter steterit inuenimus.
Prius enim dicitur. erat quasi aedi
ficium ciuitatis uergentis ad au
strum. et introduxit me illuc.
Et paulo post. de eodem uiro dicitur.
Stabat aut in porta. statimq. sub
iungitur. Et locutus est ad me
isdem uir. Qui enim intro ducto
pphetae in aedificium. stans in
porta locutus est. pfecto constat.
quia facie interius. et tergo exte
rius stetit. Sed intro ductus pphe
ta. cui uir stans in porta locutus
est; pculdubio faciem ad portam
tenebat. unde uerba loquentis
audiebat. Quid ergo quod uir

interius aspiciat: ppheta foris.
 Quid est qd eius uiri facies ad aedi-
 ficium: pphetae uero oculi sunt
 ad portam: nisi quod unigenitus
 patris idcirco incarnatus est. ut
 nos ad spiritale aedificiu. id est q
 scē ecclā fidem introduceret: Cui
 us oculi aedificium suum semper
 aspiciunt. quia quantum quisq. in
 uirtutibus pficiat. indefinenter
 attendunt: Propheta uero ad por-
 tam respicit. quia qui uerba dī
 audit. semper oculos cordis ponere
 ad exitū debet. Et sine cessatione
 meditari. quando a praesenti uita
 exeat. atq. ad aeterna gaudia per-
 tingat: Propter hoc quippe incar-
 natus est ihs. ut nos introduceret
 ad fidem. & educat ad speciem ui-
 sionis suae. Unde in scō quoq. eu-
 angelio loquitur dicens. Per me-
 si quis introierit saluabitur. & in-
 gredietur. & egredietur ut pascea
 inueniet. Ingredietur uidelicet
 ad fidem. egredietur aut ad speci-
 em. pascea uero inueniet in aeter-
 na facietate. hinc etiam psalmista
 dicit. Dñs custodiat introitum

tuum & exitum tuum. Custodit
 enim unusquisq. animae introi-
 tum quo intrat ad fidem. Exi-
 tum quoq. quod exit ad speci-
 em. Ut neq. intans ecclesiam
 erroribus supplantetur. neq.
 ad huc temporaliter ad aeter-
 nā exiens ab antiquo hoste ra-
 piatur. Propter hunc uero
 egressum nrm quem cotidie
 debemus mente meditari. de
 redemptore nro paulus quoq.
 loquitur dicens. Ut scificaret
 per suum sanguinem populum.
 extra portam passus est. exeamus
 igitur ad eum extra castra in p-
 perium eius portantes. Non enim
 hic habemus manentem ciuita-
 tem. sed futuram inquirimus.
 Uir itaq. qui apparuit in porta
 stetit. atq. ita locutus est. Quia
 mediator dī & hominum xps
 ihs. in ipso quoq. passionis suae
 tempore praeepta uitae discipu-
 lis dedit. Ut hi qui in eum cre-
 dunt. ad portam semper aspi-
 ant. & passionem eius sollicita
 consideratione pensantes a suo

quoque exitu cordis oculos non
auertant. Nos quoque cum iam
claustra carnis dispicere mor-
talitatis nostrae angustias per
immortalitatis desiderium trans-
ire. in superna lucis libertatem
tendere. ad caelestis patriae
gaudia anhelare coeperimus.
ad portam oculos tenemus.
Quia dum a sacramentis tempo-
ralibus transire ad aeterna
cupimus. quasi iam praesentis
uitae terga dedimus. & cordis
faciem desiderio exitu nostri ha-
bemus. Scriptum quippe est.
corpus quod corrumpitur ad-
grauat animam. & deprimunt
terrena inhabitatio sensum
multa cogitantem. Si itaque
per contemplationem iam
mentem extra carnis claustra
tendimus. ad huc tamen in
sacramentis quae cognouimus
ipsa carnali angustia intra
porta tenemus. Sepe namque
animus ita indiurna contem-
platione suspenditur. ut iam
se percipere de aeterna illa

libertate. quam oculus non uidit.
nec auris audiuit. per quandam
imaginem laetetur. Sed tamen
mortalitatis pondere uerberatur.
ad ima relabitur. quibusdam suae
poenae uinculis ligatus tenetur.
Portae igitur intendit. qui uerae
libertatis gaudium conspicit.
iamque exire concupiscit. sed non
ad huc ualet. hinc est quod he-
braicus ille populus de aegypto
seruitute liberatus. cum loquen-
te deo columnam nubis cerneret.
unusquisque in tabernaculi sui fo-
ribus stabat & adorabat. De
quibus paulo superius dicitur.
Cum egredieretur moyses ad taber-
naculum surgebat uniuersa
plebs. & stabat unusquisque in
ostium papilionis sui. Ibi etenim
stamus. ubi mentis oculos figimus.
Unde & helias ait. Uiuat deus in
cuius conspectu sto. Ibi utique
stabat. ubi cor fixerat. Quid est
populum columnam nubis aspiceret.
& in tabernaculi sui foribus stare
atque adorare. nisi quod humana
mens cum superiora illa atque cae-

stia utcumq. in enigmate con-
 spicit. iam claustra habitatio-
 nis corporeae subleuatam co-
 gitationem exit. atq. illum
 humiliter adorat. Cuius & si
 uidere substantiam non ualet.
 iam tamen eius potentiam per
 illuminationem sp̄s rimatur.
Et cum moyses tabernaculum
 ingreditur. eius terga populus
 aspicit. & in papilionum suoru
 foribus consistit. quia cum
 ses quisq. predicator alta deo
 loquitur. supernae iam habita-
 tionis utcumq. tabernaculum
 ingreditur. Cuius predicatio-
 nis infirmi quicq. & si uirtute
 plene pensare non possunt.
 tamen uelut terga aspiciunt.
 quia postrema que preualet
 per intellectum sequunt̄. Sed
 in ipsis minimis quae capere suf-
 ficiunt. iam de suis papilionibus
 quasi exeunt. atq. in ostiis stant.
 quia & habitacula carnis relin-
 quere. & ad illa aeternae uitae
 gaudia quae audiunt. p̄gredi
 conantur. hinc est etiam quod

helias cum uocem dñi loquen-
 tis audiret. in speluncae suae
 ostio stetisse describitur. & fa-
 ciem uelasse. quia per contem-
 plationis gratiam. uox super-
 nae intellegentiae fit in mente.
 totus homo iam intra spelunca
 non est. quia animum carnis
 cura non possidet. Sed statio
 ostium. quia mortalitatis an-
 gustias exire meditatur. sed
 iam qui in ostio speluncae con-
 sistit. & uerba di in aure cor-
 dis percipit. necesse est ut fa-
 ciem uelet. quia dum per su-
 pernam gram ad altiora in-
 tellegenda ducimur. quanto
 subtilius leuamur. tanto semp̄
 per humilitatem nosmetipsos
 intellectu n̄ro premere de-
 bemus. Ne conemur plus
 sapere quā oportet sapere.
 sed sapere ad sobrietatem. Nec
 dum nimis inuisibilia discuti-
 timus. aberremus. ne in illa
 natura incorporea. corpo-
 rei luminis aliquid quaerā-
 mus. Autem cordis int̄u

dere. & faciem operire est. uo-
cem interioris substantiae au-
dire permentem. & tamen ab
omni specie corporea. oculos
cordis auertere. nequid sibi
in illa corporeale animus fin-
gat. quae ubiq. in arcu scri-
pta est. Nos itaq. fratres ca-
rissimi qui iam per redempto-
ris nri mortem ac resurrectio-
nem. atq. ad caelos ascensionem
gaudia aeterna didicimus.
qui in testimonio diuinitatis
eius apparuisse exterius ciues
nros angelos illius scimus.
concupiscamus regem. deside-
remus ciues quos cognouimus.
atq. in hoc scae ecclae aedificio
stantes. oculos in porta teneamus.
Demus terga mentis. huic
i corruptione uitae tempora-
lis. intendamus cordis faciem
ad caelestis patriae liberta-
tem. Sed ecce adhuc multa
sunt. quae nos decura uitae
corruptibilis premunt. quia
ergo perfecte exire non pos-
sumus. saltim in speluncae

nre ostio stemus. exituri quan-
doq. prospere. per gratia redem-
ptoris. qui uiuit & regnat cum
patre in unitate sps sca. in scia
setoz amen.

N INCIPIT OMELIA
SECUNDA
EQUIDAM ME-
PORTASSE FACITA COGI-
TATIONE REPREHENDANT.

quod ezechielis pphetae tam p-
funda mysteria a magnis exposi-
toribus in temptata. discutere
presumo. quia mente id faciam
agnoscant. Non enim hoc teme-
ritate aggredior. sed humilitate.

Scio enim quia plerumq. multa
in sacro eloquio. quae solus intel-
legere non potui. coram fratribus
meis positus intellexi. Ex quo
intellectu & hoc quoq. intellege-
re studui. ut scirem ex quorum
mibi merito intellectus daretur.

Pater enim quia hoc mihi. p illis
datur. quibus mihi prestantib.
datur. Ex qua re largiente do-
nagitur. ut & sensus crescat. & ela-
tio decreseat. dum ppter uos

disco. quod inter uos docco. qui
uere fateor. plerumq. audio qd
dico. Quicquid ergo in hoc
ppheta minus intellexero. max
cectatis. Siquid autem intel
legere apte potero ex diuino
munere. usq. uenerationis est.

Sepe autem omnipotentis dñi per
gratiam. in eius eloquio quaedam
intelleguntur melius. cum sermo
secretius relegitur. Atq. animus
culparum suarum conscius. dū
recognoscit quod audient. do
loris se iaculo percussit. & con
punctionis gladio transfigit.
ut nihil ei nisi flere libeat. et flu
entis fletuum maculas lauare.
Inter quae etiam aliquando ad
sublimiora contemplando rapitur.
& in eorum desiderio suauis fletu
cruciat. Dolet se hic esse ani
ma. ubi ad huc pstrata per infir
mitatem iacet. Atq. illuc ad huc
non esse. ubi illuminata fortiter
uigilat. etiam mentis oculum ad
in mortalitatis tenebras non redu
cat. hinc itaq. hinc ardor nascit
in mente. luctus oboritur ex ar

dore. & quia inherere caele
stibus necdum ualet. seruiore
suo in lacrimis fessa requiescat.
Sed aliud est cum de uisus pfe
ctu res agitur. aliud cū de
aedificatione multorum. Et itaq.
doctrina sermone largiente
dō pferenda sunt. quae uitā
audientium moresq. conpo
nunt. Nunc ergo quicquid
nos ad studium bonae opera
tionis aedificet. in pphetae
uerbis sicut coepimus exequamur.

Fili hominis uide oculis tuis
& auribus tuis audi. Ad testi
monium spitalium rerum
ducto. quid est quod dicitur.

Uide oculis. & additur tuis.

Et cum subditur audi auribus.
adiungitur tuis. Sed sciendū
quia oculi atq. aures corporis
adsunt etiam carnalibus. eis
quae sunt in usu rerum. quae
corporaliter uidentur. Ocu
li uero atq. aures cordis. solū
modo spitalium sunt. quae
inuisibilia per intellectum
uident. & laudem dī sine

sono audiunt. Has omnipotens
dñs aures quaerebat cum diceret.
Qui habet aures audiendi. audiat.
Quis namq. in illo populo esse
tunc poterat. qui aures corpo
ris non haberet. Sed dum di
citur. qui habet aures audi
endi audiat. Aperte monstra
tur quod illas aures quaere
ret. quas om̄s habere non po
terant. Dicatur ergo. Fili
hominis. uide oculis tuis. &
auribus tuis audi. In priori
aut locutionum n̄rarum par
te iam diximus. cur p̄pheta
quotiens ad sp̄italia uidenda
ductus. filius hominis appel
latur. Sed ne hoc menti exces
serit. breuiter replico. Quia
in hac appellatione memora
tus semper quidem ex infir
mitate. ne extollatur de con
templationis magnitudine.
Et notandum quia diuersa
sunt. ut dicatur oculis tuis
uide. & auribus tuis audi.
& tamen filius hominis uocet̄.
Sed per hec uerba quid aliud

ei aperte dicitur. nisi sp̄italia
sp̄italiter aspice. & tamen carna
lis infirmitatis tuae memorare.
Hinc est etiam quod plerumq.
quis plus in contemplatione
rapitur. contingit ut ampli
us in temptatione fatigetur.
Sicut quibusdā beneficen
tibus saepe contingere solet.
quorum mentem. dum aut
conpunctio afficit. aut con
templatio super semetipsum
rapit. Statim etiam tempta
tio sequatur. ne de his ad quae
rapta est extollatur. Nam
conpunctione uel contempla
tione ad dñm erigitur. sed tem
ptationis suae pondere reuer
beratur ad semetipsum. qua
tenus temptatio ad grauet. nec
contemplatio inflet. & item
contemplatio eleuet. nec tem
ptatio demergat. Si enim sic
contemplatio attolleret. ut
temptatio funditus deesset. in
superbia animus caderet. Etsi
sic temptatio premeret. ut con
templatio non eleuaret. plene

in culpa laberetur. Sed mira dispensatione in quodam medio libratur anima. ut neque in bonis superbiat. neque in malis cadat. Unde & per beatum iob de domino dicitur. Et aquas appendit mensura. Aquas quippe de domino mensura appendere est. inter prospera & aduersa. inter dona & temptationes. in summa & infirma. animarum. sensuum. in humilitate custodire. Sic helias ignem de caelo deposuerat. aquas caelo ligauerat. & tamen pauore unius mulieris territus. per desertum fugiebat. apparebat fugienti angelus. cibum prebet. quia longum iter restat. predicat. & tamen timorem de corde exciuit. Quia in propheta mente magna erat custodia fortitudinis. illa infirmitas timoris. SEQUITUR.

Et pone cor tuum in omnia. quae ego ostendam tibi. quia ut ostendantur tibi adductus es huc. ad nuntia omnia quae tu uides domui israel. Pone cor tuum. ac si

dicatur. considera. Quia ut ostendantur tibi adductus es huc. & ad nuntia omnia quae uides. Id est ideo adductus es ut uideas. & ideo uides ut ad nunties. Quia quisquis spiritalia uidendo perficit. oportet ut haec loquendo etiam aliis propinet. Uidet quippe & ad nuntiat. qui in eo quod in se perficeret. etiam predicando de peccatu proximi curam gerit. Unde & alibi scriptum est. Qui audit. dicat ueni. Cui enim iam uox uocantis dei efficit. necesse est ut proximo per predicationis officium erumpat in uocem. Et uocato alium uocem. quia iam uocatus est. Unde sponsus quoque in canticis canticorum loquitur dicens. Qui habitas in hortis amici auscultant. fac me audire uocem tuam. In hortis enim sancta ecclesia. in hortis unaqueque sancta anima habitat. quia iam uiriditate spei est. & bonorum operum

repleta. Sicca quippe spes est
huius saeculi. quia omnia
quae hic amantur cum festina
tione marcescunt. Et petrus
nos apostolus festinare ad
monet dicens. In hereditatem.
in corruptibilem. in contami
natam. & in marcescibilem.

Quae ergo in hortis habitat. oportet
ut sponsum suum uocem
suam audire faciat. id est quan
tum bonae predicationis emit
tat in qua ille delectet quem
desiderat. Quia amici auscul
tant. uidelicet omnes electi. qui
ut ad caelestem patriam reui
uisant. uerba uitae audire
desiderant. Sed iam propheta
nobis que uidit aperiat.

SEQUITUR. Et ecce murus
forinsecus. in circuitu domus
undiq. Plerumq. in sacro
eloquio expectionis suae
munimine. murus dici ipse
in carnatus dñs solet. sicut
desca ecclā p prophetam dici
tur. Ponetur in ea murus
& ante murale. Ipse enim

nobis murus est. qui nos un
diq. custodiendo circumdat.

Ante murale muri nri. omnes
pphetae fuerunt. qui prius
quam dñs appareret in carne.
ad construendam fidem pphe
tando missi sunt. In sca ergo
ecclā dñs nobis murus. & pphe
tae eius ante murales sunt posi
ti. qui ad nos quos ipse perfe
cte ptegit. etiam p phetarum
uerba infidei constructione
uenerunt. Unde & bene prius
murus. & post ante murale po
nitur. quia uocati ex gentib.
nisi prius dñm cognosceremus.
pphetarum illius dicta minime
suscepissemus. Et notandum
qd iste murus spiritalis aedificii
eē forinsecus dicitur. Murus
quippe qui ad munitionē aedi
ficii construit. non interius sed
exterius poni solet. Quid ergo
necessarium fuit. ut diceretur
forinsecus. dum numqua poni
murus intrinsecus soleat. quia
necesse est ut exterius positus
ea quae intus sunt defendat.

Sed in hoc uerbo quid aperte
 nisi dominica incarnatio de
 monstratur. Murus enim
 nobis intus est dñs. Murus uero
 foris est dñs homo. Unde ei per
 quendam pphetam dicitur.
 Existi in salutem populi tui.
 ut saluos faceres xpos tuos.
 Iste & enim murus. incarnatus
 uidelicet dñs. murus nobis non
 esset. si forinsecus non fuisset.
 quia intus non nos ptegeret.
 si exterius non appareret. Sed
 neq. hoc neglegenter ptereun
 dum est. quod isdem murus.
 positus dicitur in circuitu domus
 undiq. Domus quippe dñi non
 solum angeli. de quib. psalmi
 sta ait. Dñe dilexi. decorem
 domus tuae. & locum habitaculi
 glæ tuæ. sed etiam nos sumus.
 quor. mentes in habitare dignat.
 Et murus iste in circuitu domus
 undiq. est. quia unigenitus pa
 tris qui sursum est firmitas an
 gelorum. ipse deorsum factus
 est redemptio hominum. Illis
 fortitudo nec cadant. nobis ad iu

utorium. ut surgamus post
 occasum. Si uero per domū dñi.
 hoc loco sola redemptor. ho
 minum multitudo signatur.
 undiq. nobis & per circuitum
 murus est. quia ut nos pfe
 cte custodiret. omnia quae
 docuit ostendit. Sicut scri
 ptum est. Quae coepit ih̄s
 facere & docere. Quia enim
 nos uocare ad caelestem pa
 triam uenit. nimirum dispi
 cere nos bona transitoria do
 cuit. & mala temporalia
 non timere. Unde & ob p̄bria
 dispexit. iniurias pertulit.
 mortem non timuit. crucis
 patibulum non refugit.
 Et cum hunc uolissent rapere
 & regem constituere statim
 fugit. Quid aliud nobis his
 exemplis inuenis. nisi ut debe
 amus huius mundi. & aduer
 sa non metuere. & p̄sp̄era ui
 tare. Quia plus plerumq. ei
 bona animum occupant. quā
 mala perturbant. Ante pas
 sionem enim suam. contume

lias audiuit. nec tamen contumelias reddidit. Traditorem suum diu tacitus pertulit. & fecte salutanti. dare osculū non recusauit. Suscepit mortem. nemori timeremus. Ostendit resurrectionem. ut nos resurgere posse crederemus.

Post passionem quoque suam de his qui eum crucifixerant ad fidei gratiam uocauit. donum pinguitate reddidit.

Qui ergo nos exemplo suo de omnibus instruxit. mirus nobis percircuitum & undique factus est. SEQUITUR.

Et in manu uiri calamus mensurae sex cubitorum & palmo.

Per eam lectionem iam diximus. quia per calamum scriptura sacra signatur. Qui calamus mensurae dicitur. quia in ipsa omnem uitae nostrae actionem metimur. ut scilicet uideamus. uel quantum proficimus. uel quantum longe a puectu distamus. Nam sepe aliquid agentes. iam cuiusdam meriti

esse nos credimus. Sed cum ad uerba dei recurrimus. precepta sublimia audimus. ibi cognoscimus. quantum a perfectione minus habeamus.

Calamus ergo mensurae est. quia per manus scribentium uita mensuratur auditorum. Qui calamus in manu uiri esse dicitur. siue quia sacrum eloquium in potestate est mediatoris dei & hominum. hominis christi ihesu.

Sed certe. quia hoc quod scribi uoluit. operando compleuit.

Idem uero calamus sex cubitorum esse describit. Duae enim uitae sunt. in quibus nos omnipotens deus erudit. Actiua uidelicet & contemplatiua.

Et per sex cubitos quid aliud quam actiua exprimitur. quia sexto die perfecti deus omnia opera sua. Palmus uero qui super sex cubitos esse dicitur. iam de septimo est. scilicet tamen cubitus non est. Actiua uero uita per sex cubitos designatur. & contemplatiua per palmum. quia illa

opere perficimus. de ista etiā
 cum contendimus. uix parum
 aliquid attingere ualemus.
 Actiua enim uita est. panem
 esurienti tribuere. uerba sa-
 pientiae nescientem docere.
 errantem corrigere. ad huma-
 litatis ueniam. superbientem
 proximum reuocare. Infir-
 mantis curam gerere. quae
 singulis quibusq. expediunt
 dispensare. et commissi nobis
 qualiter subsistere ualeant
 prouidere. Contemplatiua
 uero uita est. caritate quide-
 di ceterum totamente retinere.
 sed ab exteriori actione quiesce-
 re. soli desiderio conditoris in-
 herere. ut nihil iam agere libe-
 at. sed caleatis curis omnibus
 ad uidentium faciem sui crea-
 toris animus inardescat. Ita
 ut iam nouerit carnis corrup-
 tibilis pondus cum meliore
 postare. totisq. desideris appe-
 tere. illis ymni diebus angeloru
 choris inter esse. admisceri cae-
 lestibus ciuibus. de aeterna in-

conspectu di incorruptione
 guidere. In palmo itaq. manus
 & digiti tenduntur. sed puri
 quidem quid de mensura cubiti
 ppalmum contingit. Quia
 quanto libet amore animus
 ardeat. quanta libet iustitie
 se in diu cogitatione tetende-
 rit. non iam qd. amat pfecte
 uidet. sed adhuc inchoat ui-
 dere qd. amet. Quia sicut
 fortissimus predicator dicit.
 uidemus nunc perspeculum
 in enigmate. tunc aut facie
 ad faciem. et nunc cognosco
 ex parte. tunc aut cognosca-
 sicut et cognitus sum. De sep-
 timo ergo cubito palmum
 tangimus. qui in hac uita
 positi. contemplationis in-
 tunc sola initia degustam.
 Actiua enim uita quia pfecte
 teneri potest. et sexto die
 homo est conditus. quia bo-
 na debet operari. sex cubi-
 tos calamus habet. Bene-
 has utrasq. uitas. duae ille
 mulieres signauerunt. Mar-

tha uidelicet & maria: quarū
una satagebat circa frequens
ministerium: alia uero sedebat
ad pedes dñi: et audiebat uerba
de ore eius. Cumq; contra sororē
martha quererēt qđ se adiu-
uare neglexerit: respondit dñs
dicens. Martha occuparis et
satagis circa multa: porro unū
est necessariū. Maria optimā
partem elegit: quę non auferet̃
abea. Ecce pars marthę non rep-
hendit̃: sed marie laudatur.
Neq; enī bonā partem elegisse
maria dicit sed optimā: ut etiā
pars marthę indicaret̃ bona.
Quare autē pars marie sit opti-
ma: subinfertur qđ dicit̃: quę
non auferet̃ ab ea. Actiua et
enī uita: cum corpore dese-
cit. Quis enim in aeterna patri-
a panem esurienti porrigit: ubi
nemo esturit. Quis potum
tribuat: scienti: ubi nemo sitit.
Quis mortuum sepeliat: ubi ne-
mo morit̃. Cum p̃senti ergo
saeculo: uita auferatur actiua.
Contemplatiua autē hic inci-

pitur: ut in caelesti patria per-
ficiatur. Quia amoris ignis
qui hic ardere inchoat: cum
ipsum quę amat uidet: in a-
more amplius ignoscit. Contē-
platiua ergo uita minime au-
feratur: quia subtracta presentis
saeculi luce perficitur: has uitas
q; uitas: sicut & ante nos dictū
est duę beati iacob mulieres signa-
uerunt. Lia uidelicet & rachel.
Lia interpretatur laboriosa. Ra-
chel uero ouis: uel uisum princi-
pium. Actiua autē uita labori-
osa est: quia desudat in opere. Con-
templatiua uero simplex: ad solu-
uidendum principium anhelat.
Uidelicet ipsum: qui ait. Ego sum
principium: p̃pter qđ et loquor
uobis. Beatus autē iacob rachel
quidem concupierat: sed in noc-
te accepit eam: quia uidelicet
omnis qui ad dñm conuertitur:
contemplatiuam uitā deside-
rat: quia etem aeternae patrię
appetit. Sed prius necesse est:
ut in nocte uite presentis opere-
tur bona: quę potest desudat

et in labore. idē liam accipit.
 ut post adiudendum principi
 um in rachelis amplexibus re-
 quiescat. Erat autē rachel ui-
 dens et sterilis. Lia autē lippa sed
 fecunda. rachel pulchra et in fe-
 cunda. quia contemplatiua ui-
 ta speciosa est in animo. Sed
 dum crescere in silentio appe-
 tit. filios non generat ex predi-
 catione. uidet et non parit quia
 ppter quietis suę studium. mi-
 nus se in aliorū collectione suc-
 cendit. Et quantum introrsus
 conspiciet. a parire alius predi-
 cando non sufficit. Lia uero lippa
 & fecunda. quia actiua uita dū
 occupatur in opere. minus ui-
 dit. Sed dum modo per uerbū.
 modo per exemplum ad imita-
 tionē suā pximos accendit. mul-
 tos in bono opere filios generat.
 Et si in contemplatione mentem
 tendere non ualet. ex eo tamen
 qđ agit exteriūs. gignere sequa-
 ces ualet. Recte ergo in mensu-
 ra calami prius se cubiti. et
 post modum palmas dicitur.

quia ante actiua uita agit.
 ut ad contemplatiuam post
 modum ueniat. Sed scien-
 dum est. quia sicut bonus or-
 do uiuendi est. ut actiua in
 contemplatiua tendat. Ita
 plerumq. utiliter a contempla-
 tiua animus ad actiua reflec-
 titur. ut per hoc qđ contempla-
 tiua mentem accenderit. per-
 fectus actiua teneat. Debet er-
 go se actiua ad contemplatiua
 transmutare. et aliquando ta-
 men ex eo qđ introrsus mente
 conspeximus. ad actiua meli-
 us contemplatiua reuocare.
 Unde et isdem iacob. et post ra-
 chelis amplexus ad lię redit.
 quia et post uisum principii.
 laboriosa uita boni operis.
 non est funditus deserenda.
 Est autē in contemplatiua uita
 magna mentis contentio
 cum sese ad caelestia erigit.
 cum in rebus spiritalibus ani-
 mum tendit. Cum transgre-
 di nititur. qđ corporaliter
 uidet. Cum sese angustat ut

dilatet. Et aliquando quidem
uincit. et reluctanter tenebras
sue cecitatis exsuperat. ut
de incircum scripto lumine
quiddam furtim et tenuiter
atingat. Sed tamen ad se
metipsam prius reuerbara
ta reuertitur. atque ab ea luce
ad quam respirando transit.
ad sue cecitatis tenebras suspi
rando redit. Quod bene sacra
historia designat. que bea
tum iacob cum angelo lucta
tum narrat. Cum enim ad pa
rentes proprios rediret. in uia
angelum inuenit. cum quo
in lucta magnum certamen
habuit. Is enim qui certat
in luctamine aliquando se.
aliquando uero cum quo ten
derit inferiore inuenit. De
signet ergo angelus dominum. et ia
cob qui cum angelo contendit.
unius cuiusque perfecti uiri
& in contemplatione positi.
animam exprimat. Quia uide
licet anima. cum contempla
ri dominum nititur. uelut in quo

dam certamine postmodo qua
si exsuperat. quia intellegendo
et sentiendo. de incircum scripto
lumine aliquid degustat.
Modo uero succumbit. quia et
degustando uerum deficit.
quasi ergo uincitur angelus.
quando intellectu intimo ad
prehendit deum. Sed notandum
quod isdem uictor. neruum femo
ris iacob tenuit. eumque mar
cescere statim fecit. atque ab eo
tempore. iacob uno claudica
uit pede. Quia scilicet omnipotens
deus. cum iam per desiderium & in
tellectum cognoscitur. omne in
nobis uoluptatem carnis arefacit.
& qui prius quasi duobus pedibus
innitentes. et deum uidebantur.
querere et saeculum tenere.
post agnitione suauitatis di
uini in nobis pressus rema
net. atque alius claudicat.
Quia necesse est ut debilitato
amore seculi. solus in nobis con
ualescat amor dei. Si ergo te
nemus angelum uno claudi
camur pede. quia dum crescit

in nobis fortitudo amoris inti-
 mi infirmat^r. proculdubio for-
 titudine carnis. Omnis qui pro-
 pe qui uno pede claudit^r.
 soli illi pedi innititur quem
 sanū habet. Quia et cui deside-
 rium terrenū iam a refectu fue-
 rit. in solo amore dī tota uirtu-
 te se continet. Ipse stat. quia
 pedem amoris saeculi que pone-
 re in terra consueuerat. iam a
 terra suspensum portat. Et
 nos ergo si ad parentes proprios.
 id est ad spirituales patres redim^r.
 teneamus in uia angelum. et
 suauitate intima adprehenda-
 mus dñm. Contemplatiue etenim
 uitae. amabilis ualde dulcedo
 est. que super semet ipsam animā
 rapit. caelestia aperit. terrena
 autē debere esse contemptui osten-
 dit. spiritalia mentis oculis
 patet. corporalia abscondit.
 Unde bene ecclesia in canticis can-
 ticorum dicit. Ego dormio. et
 cor meum uigilat. Vigilanti
 tamen corde dormit. qui per
 hoc quod interius contemplan-

do proficit. ab inquieto foris ope-
 re quiescit. Sed inter hec sciendū
 est. quia quam diu in hac mor-
 tali carne uiuit. nullus ita in
 contemplationis uirtute proficit
 ut in ipso iam in circumscripto
 luminis radio. mentis oculos in-
 figat. Neque enim omnipotens dñs iam
 in sua claritate conspiciat. sed
 quiddā sub illa speculatur ani-
 ma. unde reformata proficiat.
 et post aduisionis eius glām per-
 tingat. Sic namque esaias cum
 se dñm uidisse fateatur dicens.
 Anno quo mortuus est rex ohas.
 uidi dñm sedente super solium
 excelsum et eleuatum. protinus
 adiunxit. Et ea que sub eo erant
 implebant templum. Quando
 ohas rex superbus. ac presumptor
 morit^r. dñs uidet. quia cum mun-
 di huius elatio a desiderio men-
 tis occidit. tunc ipsa mens dī
 glām contemplatur. Et notan-
 dum quod dñs super solium ex-
 celsum et eleuatum sedet. Quid
 namque est eius solium. nisi crea-
 tura angelica uel humana.

cui per intellectum quē dedit
presidet. qđ uidelicet solum
excelsum et eleuatum dicit.
quia et natura humana ad ce-
lestem gl'am eleuata p̄ficiet.
et creatura angelica dū mul-
tis spiritibus cadentibus iā
solidata est in caelo ne cadat.
inde eleuata est. unde con-
firmata. Templum uero eius.
hoc est qđ solum. Quia eter-
nus rex. ibi habitat. ubi sedet.
Nos ergo templum illius su-
mus. in quorum mentibus
habitare dignatur. Sed ea
que sub eo erant. implebant
templum. quia que quid
de illo modo conspiciť adhuc
non est ipse sed sub ipso est. Sic
iacob angelum uidit. et uidisse
se se dñm fatetur. quia et cū
mysteria eius conspiciamus
iam multum est qđ sup nos
met ipsos leuamur. Notan-
dum uero qđ dicitur imple-
bant. quō & si angelus appa-
reret. infirmitate mentis de-
siderio satis facit. Ut si ad

huc maius non potest. iam tam
minus qđ uidit admireť. Ea
ergo que sub eo sunt implent
templum. quia sicut dictū est.
et cum mens in contemplatione
p̄fecerit. non iam qđ ipse est.
sed id qđ sub ipso est contemplat.
in qua uidelicet contemplati-
one iam inquietis interne gu-
stus contingitur. Cuius quia
quēdam quasi pars est. et p̄fecta
esse nunc non potest. recte in
apocalypsi scriptum est. Factū
est silentium in caelo quasi me-
dia hora. caelum quippe est
anima iusti. sicut p̄phetam
dñs dicit. Caelū mihi sedes est.
et caeli enarrant gl'am dī. Cū
ergo quies contemplatiue uitae
agitur in mente. silentium fit
in caelo. quia terrenorum actu
um strepitus quiescit ac cogita-
tione. ut ad secretum intimum
aurem animus apponat.
Sed quia hec qui es mentis eē
in hac uita p̄fecta non potest.
nequaquam hora integra fa-
ctum in caelo silentiū dicitur

sed quasi media: ut neq. ipsa me-
 dia plene sentiatur: cum pre-
 mittitur quasi: quia mox ut
 se animus subleuare coepit:
 et quietis intime lumine per-
 fundere: redeunte citius cogita-
 tionum strepitu: de semetipso
 confundit: & confusus eecatuf.
 Vita igitur contemplatiua que
 illic hora quasi media dicitur:
 apud ezechiel pphetam non cu-
 bitus sed palmus appellatur.
 Ecce frs emi: dum unus cuiusq.
 causas uitae exprimere cupi-
 mus: paulo latius p excessum
 locuti sumus. Sed bonis menti-
 bus quibus utraq. eade uitae est
 ad agendu amabilis: ee non de-
 bet ad audiendu grauis.
 SEQUITUR: Et mensus est la-
 titudinem aedificii calamo uno.
 Et altitudinem quoq. calamo uno.
 O mps ds: qui nec in magnis ten-
 dit: nec in minimis angustatur:
 sic de tota simul aecla loquitur:
 ac si de una anima loquatur.
 Et tsepe qd ab eo de una anima di-
 citur: nil obstat si de tota simul

aecla intellegatur. Latitudo
 itaq. aedificii: ad caritate per-
 tinet: de qua psalmista dicit:
 Latum mandatum tui nimis:
 Nil enim latius qua omnis in-
 sinu amoris recipere: et nullas
 odi angustias sustinere. Sic
 quippe lata est caritas: ut in
 amplitudine dilectionis sue ca-
 pere etiam inimicos possit: unde
 et precipitur diligite inimicos
 uros: benefacite his qui oderunt
 uos. Considerandum quoq. no-
 bis est: quia latitudo inequali-
 tate: altitudo uero in sublimita-
 te tenditur. Latitudo ergo p-
 tinet ad caritate pximi: altitu-
 do ad intellegentiam contem-
 plationis. Sed latitudo et altitu-
 do aedificii uno calamo mensu-
 ratur: quia uidelicet una quaeq.
 anima quantum lata fuerit in
 amore pximi: tantum et alta
 erit in cognitione di. Dum eni
 super amorem iuxta dilatat
 p cognitione superius exultat.
 Et tantum super semetipsum ex-
 celli fit: quanta iuxta se in pximi

mi amorem tendit. et quia aedi-
ficium quod inhabitat deus ex ange-
lica simul et humana natura
perficitur. pro hoc quod angelica cre-
atura sursum est. et humana
adhuc deorsum. potest per latitu-
dinem. atque altitudinem aedifi-
cii utraque haec creatura signa-
ri. Quia ista adhuc in inferioribus
degit. illa uero in sublimibus
permanet. Sed uno calamo
mensuratur utraque. quia humili-
tatis hominum. quandoque ad
aequalitatem perducit angelo-
rum. Unde scriptum est. Neque
nubent. neque nubentur sede-
runt sicut angeli dei in caelo.
Et tunc per iohannem dicitur.
Mensura hominis quae est angeli.
quia usque ad illam altitudinem
gloriae homo perducitur. in quo
solidatos se angeli laetantur.
Latitudo ergo aedificii tanta
est quanta et altitudo. quia
electi quique qui modo in inferioribus
laborant. quandoque illis beatis-
simis spiritibus non erunt inae-
quales. Sed nos inter haec rede-

amus ad mentem. ac totis medul-
lis cordis diligamus et proximum.
Dilatemur in affectu caritatis.
ut exaltemur in gloria celsitudi-
nis. Compatiamur per amorem
proximo. ut coniungamur per
cognitionem dei. Condescen-
damus fratribus. minimis in terra. ut
eo aequamur angelis in caelo.
Quia uir qui sua imagine
redemptorem signat. mensus
est latitudinem aedificii
calamo uno. altitudinem quoque
calamo uno. Nunc igitur
metitur mores. pensat opera.
cogitationes considerat. ut sine
fine postmodum retributionem
reddat. Iesus christe deus. unigeni-
tus patris. qui cum eo uiuit
& regnat in unitate spiritus sancti
deus. pater. sanctus. et agnoscitur. Amen.

V INCIPIT OMNITENTIA
TR CUIUS CALA-
MVS MENSURAE IN
manu eius. ecce descri-
bitur quia uenit ad portam
quae aspicebat ad uiam orien-

talem. Quis uero alius portae
 huius appellatione signatur.
 Nisi ipse dñs ac redemptor nr.
 qui nobis ianua factus est regni
 caelestis. sicut ipse ait. Nemo ue-
 nit ad patrem. nisi per me. Sed
 cum euidem iurum lineis inclu-
 tum figuram dñi tenere dixer-
 mus. querendum nob est. qua ra-
 tione conueniat ut isdem dñs
 et uirum designari ualeat. &
 portam. dum uir ueniat ad
 portam. Numquid nam ipse
 uenit ad semet ipsum. An ita
 est. quia et in euangelio ipse
 testatur dicens. Qui non intrat
 postium inouile ouium. sed
 ascendit aliunde ille fur est et
 lupo. Qui aut intrat postiu.
 pastor est ouium. et paulo post
 dicit. ego sum ostium. Atq. ite-
 rum subiungit. Ego sum pas-
 tor bonus. Si ergo pastor in-
 trat postium. et ipse ostium
 est. ipse pastor. ipse per uel du-
 bio intrat per semet ipsum. Ecce
 dum ezechiel sensum enodare
 cupimus. de euangelio etiam

questionem ligamus. Quae
 rendum itaq nobis est. qua-
 liter et ipse intret. et per semet
 ipsum intret. Dñs enim ac
 redemptor nr. cum sca ceta
 quam redemit. secundu carne.
 una substantia est. Paulo at
 testente. qui ait. Adimpleo
 ea que desunt passionu xpi
 in carne mea. per corpore eius
 qd est ceta. illius capitis cor-
 pus ceta. & huius corporis
 caput. xpc. De quo suo capite
 exultat corpus. id est sca ceta.
 cum per psalmistam dicit.
 Nunc aut exaltauit caput
 meum. iam super inimicos
 meos. Quia enim quandoq.
 ipsa etiam exaltanda est.
 iam nunc caput suum sup
 inimicos suos exaltatum
 gaudet in caelis. Cum ergo
 electi quiq. adueniunt.
 quia membra eius per eum
 intrant ad eum. ipse per se
 intrat ad se. Ipse enim in suis
 membris est. qui intrat. ipse
 caput ad qd intrantia membra

perueniunt. Qd̄ chechiel p̄
pheta multipliciter insinuat.
qui uirum uenisse dicit ad
portam. et que eadem porta
sit ostendit dicens. qui respi
ciebat ad uiam orientalem.
Ipse etenim nob̄ est uia. quia di
xit. Ego sum uia. ueritas et uita.
Ipse etiam orientalis uia de q̄
scriptum est. ecce uir. oriens
nomen eius. Porta ergo uiam
orientalem respicit. quia illu
signat. qui nobis iter ad ortu
luminis fecit. Potest etiam
portae nomine unusquisq̄
predicator intellegi. quia
quisquis nobis ianuam regni
caelestis ore suo aperit. porta
est. Unde et duodecim porte
uel in iohannis apocalypsi
uel in extrema huius p̄phe
te uisione describuntur.
Potest etiam portae nomine.
scripturę sacre scientiam non
inconuenienter intellegi.
Que dum nobis intellectum
aperit. caelestis regni ianu
am pandit. Possimus por

tae nomine et fidem accipere.
quam prima contingimus.
ut ad uirtutu aedificia intre
mus. Unde hic aperte subiun
gitur. Et ascendit per gradus
eius. quid enim gradus sunt
huius portae. nisi merita uirtu
tum. Siue enim in cognitione
mediatoris di et hominum.
hominis xpi iuu. seu in scientia
diuini eloqui. seu in ipsa fide
quam de illo accepimus. quib̄
dam gradibus ad altiora incre
menta puenimus. Nemo eni
repente fit summus. sed in bona
conuersione a minimis quisq̄
inchoat. ut ad magna perue
niat. De his gradibus p̄ psalmi
stam dicitur. Ds in gradibus
eius dinoscetur. dum suscipiet
eam. Dum enim seam ecclesia
dn̄s suscipit. in gradibus eius
dinoscit. quia eius gloria. per
illius incrementa declinat.
Quantum enim seam ecclesia ascen
dendo p̄fecerit. tantum ds
omnib. excelsis uirtutib. in no
tescit. De his quoq̄ gradibus

beatus iob loquitur dicens:
 Per singulos gradus meos: pnum
 tiabo illum. Omnipotentem
 quippe dnm p singulos gra
 dus suos pnuntiat. qui per in
 crementa uirtutum que acci
 pit. ei semper Laudem sue pie
 tatis red dit. Si quidam gra
 dus in cordis ascensione non
 essent. psalmista non diceret.
 Ambulabunt de uirtute in uir
 tute. Nec mirum de uirtute
 in uirtutem gradus sunt. quan
 do ipsa unaqueq. iustus. qua
 si quibusdam gradib. auget.
 et sic per incrementa merito
 rum ad summa pducit. Alia
 namq. sunt uirtutis exordia.
 aliud p uectus. aliud pfectio.
 Si enim et ipsa fides ad pfectio
 ne suam non quibusdam gra
 dib. duceretur. sei apostoli mi
 nime dixissent. auge nobis
 fidem: Et quidam uenit ad dnm.
 qui curare uoluit filium suu.
 Sed requisitus. an crederet.
 Respondit. credo dne. adiuua
 incredulitatem meam. Pensate

ergo qd dicitur. si credebat.
 cur incredulitatem dicebat.
 Si uero habere incredulitatem
 nouerat. quomodo credebat.
 sed quia per occultam inspi
 rationem gratie. meritum
 suorum gradib. fides crescit.
 Uno eodemq. tempore. is qui
 necdum pfecte crediderat.
 simul et credebat. et inere du
 lus erat. hos nimirum gradus.
 dñs sub messis nomine descri
 bit dicens. Sic est regnu di.
 quem admodum si uictet ho
 mo semen in terra et dormiat.
 et exurgat. nocte ac die. et se
 men germinet ac crescat. du
 nescit ille. Ultro enim terra
 fructificat. primum herbam.
 deinde spicam. deinde plenu
 frumentum inspica. Et cum
 se pduxerit fructus. statim
 mittit falcem quo adest tem
 pus messis. Semen homo iac
 tat in terram. cum cordi suo
 bonam intentionem inserit.
 et post qua semen iactu uerit.
 dormit. quia iam inspe boni

operis quiescit. Nocte uero ex
surgit aedie. quia inter ad
uersa et prospera proficit. et semen
germinat et crescit. dum ille
nescit. quia etiam adhuc me
turi incrementa sua non ualet.
semel concepta uirtus ad p
uictum ducitur. et uultu ter
ra fructificat. quia preueni
ente se gratia mens hominis
spontanea ad fructum boni ope
ris surgit. Sed haec eadem ter
ra primum herbam. deinde
spicam. deinde plenum fru
mentum producit in spica.
herbam quippe producere est.
inchoationis bone adhuc te
neritudinem habere. Ad spi
cam uero herba peruenit. cu
se uirtus animo concepta
ad perfectum boni operis per
trahit. Plenum uero frumen
tum in spica fructificat. quan
do iam tantum uirtus p
ficit. ut esse robusti et perfecti
operis possit. Et cum se produ
xerit fructus. statim mittit
falces. quod adest tempus

messis. Omnis enim deus producto
fructu falces mittit. et messem
suam defecat. quia cum unum
quemque ad opera perfecta produ
xerit. eius temporalem uitam
per emissam sententiam incidit.
ut granum suum ad caelestia
horrea producat. Cum igitur
desideria bona concipimus. se
men in terram mittimus. Cum
uero operari recta incipimus.
herba sumus. Cum autem ad p
fectum boni operis crescimus.
ad spicam peruenimus. Cum in
eiusdem operationis perfectione
solidamur. iam plenum fru
mentum in spica proficimus.
Herba etenim petrus fuerat. qui
passionis tempore per amorem
domini sequens. hunc confiteri
ante ancille uocem timebat.
Erat enim iam uiriditas in men
te. quia credebat omnium re
demptorem. sed ualde adhuc
flexibilis. pede conculcabatur
timoris. Iam spica surrexerat.
quando cum quae mortuum
confiteri timebat. nuntian

te angelo in galilea uiuentem
uidebat. Sed ad plenum granū
inspica peruenerat. quando
ueniente desup spū. et suam
mentem in illius amore roboran-
te. ita solidatus est. ut uires per-
sequentium cesus dispiceret. et
redemptorem suum libere inter
flagella predicaret. Nullus
itaq. qui ad bonum ppositum
adhuc in mentis tenerritudine
ce conspicitur. dispiciatur. quia
frumentum dī ab herba incipit.
ut granum fiat. Uir ergo uesti-
tus lineis uenit ad portam. q̄a
dñs ac redemptor n̄r. membris
suis intrantib. pducit ad se.
Et ascendit p gradus eius. quia
nobis p̄ficiētib. eo nob. amplius
exaltatur. quo altus et incon-
prehensibilis cē cognoscitur.
In uirtutum quippe nostrarū
gradibus ipse ascendere dicit.
quia tanto ipse sublimior no-
bis ostenditur. quanto nos ter-
animus a rebus infimis separa-
tur. **SEQUIVR**
Et mensus est limen portae ca-

lamo uno in latitudine. id est li-
men unum calamo uno in lati-
tudine; cur postquam dictū
est limen poste. statim subiun-
gitur. limen unum. nisi quia
a peste inuit. q̄d. adhuc infe-
rius limen aliud dicatur.

Porta aut. a limine surgit. ut por-
ta sit. Sigitur porta dñs. quis
huius portae limen est. nisi illi
antiqui patres. ex quorum p-
genie dñs incarnari dignatus
est. Sicut per paulum dicitur;
quorum patres. ex quib. xpc.
secundum carnē. qui est sup
om̄a d̄s benedictus in saecula.
Notandum uero est in hac pau-
li sententia. q̄d. dñi et ceteri
homines sunt uocati. sicut
morsus dicitur. Ponam te in dñm
pharaonis; et p̄ psalmistam
dñs dicit. Ego dixi dñs estis.
Et rursum; d̄s stetit in synago-
ga deorum. Sed aliud est
nuncupatiue. aliud natu-
raliter. dici dñm. Etsi mor-
ses in dñm pharaoni est positus.
sed d̄s intra om̄a. non d̄s sup̄

omnia dicitur. Qui uero est in
tra iterum uirginis incarna-
tus. dñs supra omnia uocatur.
Itaq. limen portae sunt pa-
tres. ex quibus ille natus est.
qui nobis aditum regni cae-
lestis aperuit. Limen autē
portae. uno calamo mensura-
tur. quia ipsi antiqui patres.
qui potuerunt redemptore
nr̄um. et pphetando et bene-
uiuendo predicare. tamquā
sex cubita in perfectione ope-
ris. et palmum in inchoatio-
ne contemplationis habue-
runt. Quia enim corū uitā
in unitate fidei et perfecta ope-
ratione. et inchoata contem-
platione sublimem reddidit.
in uno calamo mensura limi-
nis fuit. **SEQUITUR.**
Et thalamum uno calamo in-
longum. et uno calamo in la-
tum. Consideremus quid agi
in thalamo soleat. atq. ex in-
de hoc qđ in scā secula agitur
colligamus. In thalamo quip-
pe. sponsus et sponsa federant.

sibiq. in amore iunguntur. Quid
ergo sunt in scā aecula thalami.
nisi eorum corda. in quib. ani-
ma per amorem sponso inuisi-
bili iungitur. ut eius desiderio
ardeat. Nulla iamq. in man-
do sunt concupiscat. presentis
uitae longitudine poenā depu-
tet. exire festinet. et amoris sam-
plexu in caelestis sponsi uisio-
ne requiescere. Mens itaq.
que iam talis est. nullam pre-
sentis uitae consolationē reci-
pit. sed ad illum quem diligit.
medullitus suspirat. Feruet.
anhelat. anxietur. uilis ei fit
ipsa salus sui corporis. quia
trans fixa est uulnere amoris.
Vnde et in anticis cantu eorum
dicit. Uulnere ta caritate. ego
sum. mala autē salus est cordis.
que dolorem huius uulneris
nescit. Cum uero anhelare iā
in caeleste desiderium. et senti-
re uulnus amoris cepit. fit
anima salubrior ex uulnere.
que prius aegrotabat ex salu-
te. Mentis autē sponsū suum

fortiter amanti. demora uitae
presentis una solet esse consola
tio. si per hoc. qd ipsa ab eius ui
sione difertur. aliorum anime
eius uerbo pficiant. et ad cae
lestem sponsum amoris facib.
inardescant. meret quia dif
ferri se conspicit. Triste est ei
omne qd aspiciat. quia illum
adhuc non uidit. quem ui
deri concupiscit. Sed e ut
dixi non parua consolatio.
si cum feruens anima differ
tur. per eam multi collegunt.
ut tarde cum multis uideat.
quem sola uidere citius uole
bat. Unde rursus in cantico
sponsa dicit. Fulcite me flo
ribus. stipate me malis. quia
amore languo. Quid namq.
sunt flores. nisi anime bonu
tam opus inchoantes. et desi
derium caeleste redolentes.
Quid mala de florib. nisi per
fecte iam bonorum mentes.
que ad fructum pueniunt
boni operis. de initio scē p
positionis. Quae ergo amo

139
re languit fulciri. querit flo
ribus. et stipari malis. quia si
illum quem desiderat uidere.
adhuc non permittitur. ma
gna est consolatio uirtutu.
si de aliorum pfectibus lacte
tur. Anima ergo scō amore
languida. floribus malisq.
fulcitur. ut requiescat in bo
no opere pximi. que adhuc
contemplant non ualet uul
tum di. Pensemus rogo qua
lis thalamus pauli mens
fuerat. qui dicebat. Quia ui
uere mihi. xpc est. et mori lu
crum. Omnipotenti dō in
quantum se amore coniun
xerat. qui sibi uitam. xpm
tantum modo et mori lucrū
ē deputat. hinc est qd ite
rum dicit. Desiderium ha
bens dissolui. et eum. xpo ē
multo magis melius. sed ecce
dissolui desideras. quo amo
re languas uidemus. quia
interim differri te conspicis
fulciri quaeso florib. non re
quies querit plane. Nam

sequitur. Per manere autem in
carne necessarium propter uos
et proficientibus discipulis di
cit. Quae est enim nostra spes
aut gaudium. aut corona
glorie. nonne uos ante dominum
nunc ium; hinc est quod isdem
thalamus uno calamo in lon
gum. et uno calamo in latum
dicitur mensus. Longitudo
quippe ad longanimitatem
expectationis pertinet. la
tudo ad amplitudinem
caritatis. Tantum ergo unus
quisque thalamus habet in
longitudine quantum et in
latitudine habere potuerit.
quia mens caelesti desiderio
succensa quantum amore
habuerit ad colligendum pro
ximum. tantum et longa
nimitatem exhibet ad ex
pectandum dominum. Et pacien
ter postulat moras longitu
dinis. quia se imperfectum proxi
mi dilatat amplitudo ca
ritatis. Potest etiam ipsa lon
gitudinis longanimitatem pa

cientiae quae exhibetur. proxi
mo designare. Et quia latitu
do caritatem signat. quae sinu
mentis aperit. et amicos simul
atque inimicos in amorem reci
pit. tanta est longitudo thala
mi. quanta latitudo. quia
quantum lata mens fuerit. pro
amorem tantum erit. et paciens
per longanimitatem. Nam tan
tum quisque portat proximum.
quantum amat. Si enim amas
portas. si desistis amare. desistis
et tolerare. Quem enim minus
diligimus. etiam minus tolera
mus. Quia irruente fastidio.
citius facta proximi adducuntur
ingratitude ponderis. quae
nobis leuigat penna caritatis.
SEQUITUR. Et inter thala
mos quinque cubitos. Unum
supra thalamum dixerat. et
post modum esse quinque cu
bitos inter thalamos narrat.
Ea uidelicet ratione. qua mul
ti thalami unum faciunt. si
cut et multae ecclesiae. una ecc
lesia uocatur. Unde et in

iohannis apocalipsi septem
 ecclesius scribitur. per quas
 una catholica designatur.
 hi itaq. qui in sca ecclesia sicut
 diximus feruenti amore dñi
 uidere stant. eiq. iam per
 desiderium conuincuntur.
 thalami uocantur. Sed tamen
 sunt in ea quidam qui pene-
 trare subtilia non ualentes.
 & quinq. adhuc corporis
 sensibus depressi. tanto minus
 amant eum qui fecit omnia.
 quanto amplius in his quae fae-
 ta sunt. illigantur. Etiam qui-
 dem exercere se in timore dñi.
 et amore pximi tenere stu-
 dent. bona opera corporali-
 ter agere. ac elemosinis pecca-
 ta redimere. Sed quia in amo-
 ris intimi ardere ad caeleste
 desiderium nesciunt. quasi
 adhuc deuincti corporis
 sensibus tenentur. Isti itaq.
 thalamus non sunt. sed tam
 inter thalamos continentur.
 quia peccatorum ducatum qui
 uisionē di perfecte diligunt.

& ipsi ad pfectum mentis du-
 cuntur. Inter thalamos ergo
 quinq. sensibus adhuc intelle-
 ctum mysticum non adsurgunt.
 dum inter eos sunt qui spu amo-
 ris feruent. uel ut manentes
 inter thalamos infidei con-
 structione pficiunt. ut amen-
 sura caelestis aedificii disum-
 cti non sint. Nam & paulus per
 ab appetitu corporalium sen-
 suum abstrahunt. & dilatato
 mentis spatio imitantur cari-
 tatem quam conspiciunt.
 hinc inde ad thalamos exten-
 duntur. Quod ergo non per
 sex cubitos. sed per quinq. de-
 scripti sunt. ipsa adhuc eoz
 imperfectio signat. sed tamen
 per bonum desiderium in
 mensura caelestis aedificii ce-
 memorantur. quia & uoce scē
 ecclesiae per psalmistam dicit.
 In perfectum meum uiderunt
 oculi tui. & in libro tuo om̄s
 scribentur. Quae iterum per
 psalmistam dicit. Benedixit
 om̄s timentes se dñs puillos

cum maioribus. Hui itaq. imp
fecti sunt atq. pusilli. inquan
tum cognoscere preualent. &
dm & pximum diligunt. atq.
ideo bona quae possunt non
neglegunt operari. quia & si
necdum ad spiritalia dona pfi
ciunt. Ut uel ad perfectam ope
rationem uel ad succensam con
templationem animam exerant.
tamen ab amore di & pximi.
in quantum capere preualent
non recedunt. Unde fit ut
ipsi quoq. & si minori loco.
in scae tamen aedificiae aedi
ficatione sint positi. Quia
& si ad doctrinam. si ad pph
etiam. si ad miraculor gratiam.
si ad contemptum mundi ple
nius exequendum fortasse
minores sunt. tamen in timo
ris & amoris fundamento sunt.
in quo solidantur. Qui & si
igne caelestis desiderii non
ardent. in ipsis exterioribus
quae exercere sufficiunt. ua
pore caritatis animantur. et
inter pximos precedentium

aedificia continentur. Unde
recte sponsa in canticis canticor
loquitur dicens. Ferculum fe
cit sibi rex salomon delignis li
bani. columnas eius fecit argen
teas. reclinatorium aureum.
ascensum purpureum. media
caritate constrauit. ppter filias
iesusalem. Neq. enim credendum
est. salomonem tantae magni
tudinis regem quae sic immensis
diuitiis affluebat. ut pondus
auri eius estimari non possit.
& argentum in diebus illius pre
cium non haberet. quia ferculu
sibi ligneum fecit. Sed est salo
mon. uidelicet pacificus noster
qui sibi delignis libani ferculum
fecit. Libani quippe ligna ce
drina. ualde sunt in putribilia.
Ferculum itaq. regis nostri. sca
ecclae est. quae de fortibus patrib.
id est de in putribilibus mentib.
est constructa. Quae recte fer
culum dicitur. quia ipsa fert
cotidie animas ad aeternum
conuiuium conditoris sui. Cui
ferculo columnae argenteae

factae sunt. quia predicatorum
 ecclesiae sanctae. eloqui luce resplen-
 dent. Est autem cum columnis
 argenteis reclinatorium aureum
 per hoc quod a predicatoribus
 sanctis lucide dicitur. mentes au-
 dientium fulgorem claritatis
 intimae in qua reclinantur
 inveniunt. Per hoc enim quod
 luculente & aperte audiunt.
 in illud quod clarescit in cor-
 de quiescunt. Columnae ergo
 argenteae & reclinatorium
 aureum factum est. quia per
 lucem sermonis inveniuntur
 apud animum claritas quietis.
Ille iam quippe fulgor inter-
 mentem irradiat. ut per inten-
 tionem ibi requiescat. ubi
 predicationis gratia non requi-
 ratur. De eadem quippe sanctae
 ecclesiae scriptum est. Pennae
 columbae de argentata. & po-
 steriora dorsi eius in pallore
 auri. Quae enim hic spiritu man-
 suetudinis impleta. quasi
 columba pennas de argentatas
 habet. in posteriora dorsi

eius speciem auri continet.
 quia hic predicatorum suos
 sermonis luce induit. in po-
 steriora autem saeculo ful-
 gorem in se claritatis osten-
 dit. Sed ad huc quod clarum
 intus ostenditur. qualis sit
 ascensus adiungit. cum de eodem
 ferculo protinus subdit. Ascen-
 sum purpureum. Vera quip-
 pe purpurea quia de sangui-
 ne tingitur. non in merito
 in colore sanguinis videtur.
Et quia maxima multitudo
 fidelium in exordio nascentis
 ecclesiae per martiri san-
 guinem peruenit ad regnum.
Rex noster ascensum purpure-
 um fecit in ferculo. quia cla-
 rum quod intus aspicitur.
 per tribulationem sangui-
 nis peruenitur. Quid ergo
 nos miseri. qui ab omni
 fortitudine destituti. quid
 acturi sumus. Ecce in hoc
 ferculo columne esse non
 possumus. quia nobis nec for-
 titudo operis.

nec lumen emicat predicationis.
Redinatorium aureum non
habemus. quia nec dum sicut
oportet per intellectum spiri-
talem. requiem internae cla-
ritatis aspiciamus. Ascensus
purpureus non sumus. quia
per redemptore nro sanguinem
fundere non ualemus. Quid
ergo de nobis agendum est.
quae spes erit si nullus ad re-
gnum peruenit. nisi qui sum-
mis praeditus uirtutibus fue-
rit. Sed est quoque nra conso-
latio. amemus in quantum
possumus dm. diligamus proxi-
mum. & simul quoque nos
ad di ferculum pertinemus.
Quia sicut illic scriptum est.
media caritate construit.
habe quippe caritatem. tibi
sine dubio peruenies. ubi &
columna argentea erigetur.
et ascensus purpureus tenetur.
Nam quia hoc propter nram in-
firmitatem dicitur. aperte
monstratur. Cum illic petri
subdit. Propter filias

ierusalem. Sermo & enim di-
qui non filios sed filias dicit.
quid aliud per sexum femine-
um. quam mentium infirma
signauit. Quod ergo illic in
tercolumnas argenteas. redi-
natorium aureum. & ascensum
purpureum. in esse media cari-
tas dicitur. propter filias ierusa-
lem. hoc hic inter thalamos
per quinque cubitos designatur.
Quia & qui in uirtutibus in-
firmantur. si ipsa bona quae
possunt facere cum caritate
non neglegant. ad di aedificio
alieni non sunt. **SEQUITUR.**
Et limen portae iuxta uestibulum
portae intrinsecus. calamo uno.
Dum limen quod modo describitur.
iuxta uestibulum portae intrin-
secus esse memoratur. Aperte
ostenditur. quia limen quod
prius descriptum est. extrinsecus
fuit. Sed & si porta est dñs.
quod sit limen portae intrinse-
cus. & extrinsecus requiramus.
Per limen & enim portam unus
quisque ingreditur. Et quae

sunt duo haec limina. nisi patres testamenti ueteris. & patres testamenti noui. Non solum quippe hi. de quibus dñs incarnari dignatus est. sed om̄s testamenti ueteris patres. portae huius limen fuerunt. quia hi qui eum predicare & in eum sperare meruerunt. cunctis ad eum uenientibus aperuerunt aditum fidei. & om̄s qui crediderint dñm. quasi iam portam huius liminis intraret. Sed cur ante limen exterius. & post limen interius dicitur. nisi quia prius testamenti ueteris patres. et postmodum noui testamenti doctores fuerunt. Recte aut̄ limen exterius testamenti ueteris patres designat. quia per eorum predicationem opera peruersa punita sunt. Perdita uero nouorum patrum. unus cuiusq. animus. etiam ab illicitis cogitationibus coerct̄. dum reatus esse perfectus. et inde liberatione cordis ostenditur. Illi quippe a flagitiis.

acritatibus. a rapinis. auditorum animas phibere cura uerunt. isti uero dum non solum peruersa opera. sed etiam illicita cogitationum reserant. Quid nobis aliud. nisi intrinsecus limen facti sunt. Unde & ipsa ueritas loquitur dicens. Audistis quia dictum est antiquis. qui autem occiderit. reus erit iudicio. Ego autem dico uobis. Quia om̄s qui irascitur fratri suo. reus erit iudicio. Recte quoq. & exterius limen illos patres designat. qui ab ipsa incarnatione redemptoris n̄ri per interualla temporum longius constiterunt. Et quidem ab abel sanguine. passio iam coepit ecclesiae. & una est eccl̄a electorum precedentium atq. sequentium. Sed tamen quia discipulis dicitur. multi reges et prophetae uoluerunt uidere quae uidistis & non uiderunt. Antiquis patribus quasi foris stetisse est. redemptoris n̄ri presentiam non uidis

se corporaliter. Exterius igitur
sed tamen diuisi a sc̄a ecclesia
non fuerunt. quia mente opere.
predicatione. ista iam fidei
sacramenta tenuerunt. Istam
sc̄ae ecclesiae celsitudinem
conspexerunt. quam nos
non ad huc prestolando. sed
iam habendo conspiciamus.
Sicut enim nos in preterita
passione redemptoris nostri.
ita illi perfidem ~~in eadem~~
in eadem uentura saluati sunt.
Illi ergo foris non extra miste-
rium. sed extra tempus. Un-
de & in constructione taber-
naculi. ut columnae argen-
teae interius starent. paxilli
aerei figi per circuitum exte-
rius iussi sunt. in quibus reli-
gatum tabernaculum teneret.
Columnae itaq; argenteae inte-
rius. paxilli uero aerei in cir-
citu figuntur. atq; in ipsis
funes liguntur. ut tabernacu-
lum fixum maneret. quia ui-
delicet ut sc̄i apostoli in luce
sermonis sui solidi starent.

uti totum tabernaculum. id est
sc̄a ecclesia infidei integritate
consisteret. tanquam paxilli
aerei. patres testamenti ueteris
ac prophetae fixae sunt. qui uer-
borum suorum funibus predi-
catorum mentes in soliditate
stringerent. atq; hoc di. habi-
taculum in statum fidei liga-
rent. Extra ergo paxilli sunt.
qui ante tempus huius sc̄ae
ecclesiae fuerunt. Sed tamen
eos ligant qui in ipsa sunt quia
dum caelestia misteria uentu-
ra predicant. haec postquam
ostensa sunt. credibilia omni-
bus fecerunt. Ut ergo intus
columnae immobiles stent.
foris paxilli funes continent.
quia ut sc̄i ap̄li perfecte in car-
nationis dominicae misterium
crederent. illorum predicatio
obtinuit. qui hoc priusquam
fieret et uideret & predicare
potuerunt. Unde recte quoq;
ipse primus ap̄toꝝ magna
scilicet columna ueri taberna-
culi. loquit̄ dicens. habemus

firmiorem propheticum sermonem
 cui benefactis intendentes. quasi
 lucernae lucenti in caligoso loco.
 In quibus uerbis indicat. quam
 uis ad alta surrexit ex culmine.
 ubi religata persistat infide.
 Quae tamen lucerna prophetica
 sermonis. iam quidem intelle
 gentibus lucet. sed ad huc non
 intellegendis. cooperta allego
 riarum obscuritatibus. permanet.
 Unde etiam per psalmistam
 de eisdem dictis prophetarum di
 citur. Tenebrosa aqua innubibus.
 aeris. Quia uidelicet occulta
 est scientia in prophetis. Nec in
 merito columnae argenteae.
 paxilli aerei facti sunt. quia
 quod clare iam apostoli predicant.
 hoc prophetae sub intellectu
 mystico obscure locuti sunt.
 Recte ergo per aeris metallum
 signati sunt. quia clari in suis
 predicationibus non fuerunt.
 Sicut uero apostoli quia redemptoris
 nostri misterio lucem predica
 tionis habuerunt. argenteis co
 lumnis expressi sunt. Et no

tandum quod argentum sonat
 & lucet. aes uero sonat et non
 lucet. quia predicatorum noui
 testamenti aperte locuti sunt.
 quae etiam monstrare potu
 erunt. Predicatorum uero
 testamenti ueteris. quia per
 allego riarum umbras de cele
 sti misterio obscura dicta aptu
 lerunt. quasi sine luce sonitum
 dederunt. Quod uero illic
 per paxillos & columnas. hoc
 hic per limen exterius & limen
 interius designatur. Sin uero
 portam scripturam sacram hoc
 loco accipimus. ipsa quoque duo
 limina habet & exterius & in
 terius. quia in littera diuiditur
 allegoria. Limen quippe sa
 cre scripturae exterior littera
 limen uere eius interior alle
 goria. Quia enim per litteram
 ad allegoriam tendimus. qua
 si a limine quod est exterius
 ad hoc quod est interius ue
 nimus. Et sunt in ea per multa
 quae ita iuxta litteram men
 tem aedificant. ut per hoc

quod exterius agitur. audien-
tis mens interius trahatur.
Ibi quippe inuenimus predi-
camenta operis et exempla
uirtutis. ibi quippe iubetur
quid agere etiam corporaliter
debemus. ibi hoc quod ad ope-
randum precipitur. In scōrū
uiuorum ac fortium actione
monstratur. ut postquam nos
apertiora precepta atq. exem-
pla iustorum ad bonam ope-
rationem instruunt. tunc
ad limen interius id est ad in-
tellectum mysticum intimae
contemplationis tendamus
si possumus pedem mentis.
S tudete quaeso fratres carissimi.
dī uerbum audituri. nolite
despicere scripta nr̄i condito-
ris quae ad nos missa sunt. mul-
tum ualde est quod pereat
animus refrigeratur ac calore.
ne iniquitatis suae frigore
torpescat. cum in illa prece-
dentes iustos fortiter egisse
cognoscimus. et ipsi ad forti-
tudinem bonae operationis

accingimur. cum per scōrum
exemplorum famam animus
legentis incenditur. Uidet
quam fortia ab eis facta sunt.
& ualde indignatur sibi. quia
talia non imitatur. Unde
recte sponsi uoce ad sponsam
in canticis canticorum dicitur
Sicut turris dauid collum tu-
um. quae aedificata est cum
pugnaculis suis. Mille
clippeī dependere ex ea.
omnis armatura fortium.
In collo etenim guttur. in gut-
ture uox est. Quid ergo per
collum sc̄ae eccl̄ae. nisi sacra
eius eloquia designantur.
In qua dum mille clippei de-
pendere memorantur. per
hunc perfectum munimen
ostenditur. quia uniuersa
nr̄a munitio in sacro eloquio
continetur. Ibi quippe sunt
precepta dī. ibi exempla iusto-
rum. Si enim torpet animus
a conditoris sui desiderio. au-
diat quod dicitur. Dilige dñm
dñm tuum ex toto corde tuo

ex tota anima tua. ex tota men-
te tua. et ex tota uirtute tua.

In odio fortasse labitur. pxi-
mi. audiat quod sequitur.

Diliges proximum tuum sicut
te ipsum. Res aliena concupi-
scitur. audiat quod dicitur.

Non concupisces rem proximi
tui. De iniuria quae a proxi-
mi ore uel facto illata est. ad
iram mens incenditur. audiat
quod dicitur. Non queris uul-
tionem. nec memoreris iniuriae
cuius tuorum. In carnis con-
cupiscentia mala sauciata mens
accenditur. necatur oculus
mente. audiat quod paulo
superius dictum est. Qui uide-
rit mulierem ad concupiscendu-
eam. iam moechatus est eam in
corde suo. Contra inimicum
forsitan quisq. animum suum
relaxare disponit in odium.
audiat quod illic scriptum est.

Diligite inimicos uros. benefacite
his qui oderunt uos. Sed si qui
aliena iam non rapit. ad huc
forsitan sua inordinate retinet.

audiat quod illic dicitur. Uen-
dite quae possidetis. et date
aelemosinam. Infirmantis
animus perfrui desiderat. do-
simul & saeculo. audiat quod
illic scriptum est. Nemo
potest duobus dominis serui-
uire. Alius non ad necessita-
tem stipendius. sed ad uo-
luptatem desiderii possessa
retinet. audiat quod illic dicitur.

Qui non renuntiauerit omnib.
quae possidet. non potest me-
us esse discipulus. Quidam
enim relinquunt omnia. multi
autem etiam possidendo renun-
tiant. quia sic ad usum pos-
sessa retinent. ut eis ex deside-
rio non succumbant. Tot po-
rem quisq. appetit. & laborem
subire p dno etiam cum pre-
ualet refugit. audiat quod
illic dicitur. Qui non colli-
git mecum. spargit. In collo-
ergo ecclesiae. id est in sacri-
cloqui predicatione. quae
p sua munitione et altitudi-
ne. turri dauid similis esse

221
dicitur. Mille clipei depen-
dent. quia quot illic precepta
sunt. tot etiam pectoris nri
munimina. Ad seruandam
itaq. innocentiam etiam laesi
a proximo. perditare in hu-
militate festinamus. Abel
ante oculos ueniat. qui occi-
sus a fratre scribitur. et non
legitur reluctatus. Mentis
munditia etiam cum con-
iugali copula eligitur. Enoch
debet imitari. qui et coniu-
gio positus ambulauit cum
dō. et non inueniebatur.
quia transtulit illum dñs.
Precepta dī festinamus pre-
senti nrae utilitati prepo-
nere. Noe ante oculos ueni-
at. qui cura domestica post-
posita. excussione dī om-
nipotentis. percentu annos
ad arce fabricam iuxit oc-
cupatus. Subire oboedientie
uirtutem nitimur. Abraam
aspicere debemus. qui reli-
cta domo. cognatione. patria.
oboediuit exire in locum.

quem accepturus erat in here-
ditatem. Exiuit nesciens quo-
iret. Qui paratus extitit. ut
p aeterna hereditate dilectum
quem acceperat occideret he-
redem. Et quia unicum dō
offerre non distulit. unuer-
sam multitudinem gentium
in hereditate accepit. Notum
simplicitas placet. Isaac ad-
mentem ueniat. quem in om-
nipotentis dī oculis. uitae suae
tranquillitas ornauit. Labo-
riosa fortitudo ut obtineri
debeat quaeritur. Iacob ad
memoria reducatur. qui postquā
scit fortiter seruire homini.
ad eam quoq. uirtutem per-
ductus est. ut non potuisset
a uictante angelo superari.
Conamur carnis inlecebram
uincere. Ioseph ad memoria
redeat. qui temptante peri-
culo custoditur. Unde factum
est ut quia membra sua bene-
nouerat regere. regendo quoq.
omni aegypto praeset. Man-
suetudinem atq. patientiam

obtinere quaerimus. Moysen ante oculos deducamus. qui exceptis paruulis ac mulieribus. dec. milia armatorum uirorum regens. mitis fuisse describitur super omnes homines qui habitabant super faciem orbis terrae. Rectitudinis zelo contra uitia accendimur. Finec ante oculos deducatur. qui coeuntes gladio transfigens. castitati populum reddidit. et iram dei iratus placauit. Despe omnipotentis dei presumere. indubiu quaerimus. Iosue ad memoriam reuocemus. qui dum dubia certamina certamente subit. ad uictoriam sine dubitate peruenit. lam mentis inimicis punire cupimus. in benignitatem animum dilatare. samuel in cognitionem deducatur. qui de principatu deiectus a populo. cum isdem populus peteret. ut pro deo preces effunderet. respondit dicens. Absit a me hoc peccatum in domino. ut cesssem orare pro uobis. Culpam quippe scilicet uir perpetrare se

credidit. si eis quos aduersarios protulerat. usque ad eiectionem. benignitatem gratiae non reddidisset in prece. Qui rursum cum iubente domino mitteretur. ut dauid regem ungueret. respondit. Quomodo uaclo inueniet enim me saul. & occidet me. Et tamen quia iratum deum eidem saul cognouerat. in tanto se luctu affligit. ut ei perse deus diceret. Quousque tu luges saulem. cum ego abiecerim eum. Pensemus ergo eius animum. quantus caritatis ardor incenderat. qui & illum flebat. a quo timebat occidi. Cauere autem uolumus. quem timemus. Sollicita nobis mente pensandum est. nesci si locum fortasse repperimus. malum pro malo reddamus ei quem fugimus. Dauid ad memoriam redeat. qui persequentem se regem et inuenit ut potuisset occidere. et tamen in ipsa feriendi potestate positus elegit bonum quod

quod ipse deberet facere: non
aut̄ malum quod ille merebat̄
pati dicens. Absit a me ut
mittam manum in xpm̄ dñi.
Et cum saul idem post eum ab
hostibus fuisset interemptus.
eum quem persecutorem dū
uiuere pertulit. fleuit occi-
sum. Errantibus mundi po-
tentibus libere loqui decerni-
mus. Iohannis auctoritas ad
animum reductur. qui hero-
dis nequitiam reprehendens
puerbi rectitudine occidi non
timuit. Et quia xpc̄ est ueri-
tas. ipse ideo p̄ xpo quia pue-
ritate animam posuit. Car-
nem iam nr̄am p̄ dō ponere
in morte festinamus. Petrus
ad mentem ueniat. qui inter
flagella gaudet. qui caesus
principibus resistit. qui uitam
suam p̄ uita despiciat. Cum mor-
tis appetitu disponimus ad
uersa contempnere. Paulum
ante oculos deducamus. qui
non solum alligari. sed et mori
paratus p̄ xpo. non facit pre-

ciosiorem animam quam se.
Succendi cor nr̄m igne caritatis
quaerimus. Iohannis uerba
pensemus. cuius omne quod
loquitur. igne caritatis uapo-
rabitur. Quia ergo in uoce sacri
aeloqui cuiuslibet quaerimus.
munimen iustitiae inuenimus.
mille clipei pendent ex ea. om-
nis armatura fortium. Si enim
pugnare contra sp̄italia nequi-
tia uolumus. in collo eccl̄ae que
nobis sicut dauid turris erecta
est. id est diuina eloquia p̄te-
ctionis arma requiramus. ut ex
distinctione p̄cepti. contra
uitia sumatur uirtus adiutorii.
Ecce enim contra aeras potesta-
tes festinamus fortes existere.
in hac turri. armaturam nr̄ae
mentis inuenimus. Et inde p̄ce-
pta conditoris. inde sumamus
exempla p̄cedentiū. per quae
contra aduersarios nr̄os in expu-
gnabilitet armemur. Dum enim
quamlibet uirtutem subire
appetit. et hanc illi a patribus
iam impletum uidet. ibi arma

turam tuam inuenis. perquam
 contra sp̄talia bella munitur.
 Dependunt quippe in ea clippei.
 si quis pugnare appetit. assu-
 mat et exeat. uirtute pectus
 munitur. et uerborum iacula
 emittat. Et notandum quia
 aedificata cū p̄ pugnaculis suis
 suis dicitur. hoc quippe agunt
 p̄ pugnacula quod clippei. quia
 utraq. pugnantem muniunt.
 sed inter utraq. distat. quia
 clippeos p̄nto munimine ubiq.
 uolumus mouemus. p̄ pugnaculo
 aut defendi possumus. sed hoc
 mouere non possumus. Clippeus
 in manu est. nam p̄ pugnaculo
 tenetur. Quid ergo inter p̄ pu-
 gnacula et clippeos distat. nisi
 quod in sacro aeloquio patrum
 precedentium & miracula legi-
 mus. & uirtutes bonorum operū
 audimus. Ibi namq. cognosci-
 mus quod alius potuit mare
 diuidere. alius solem figere.
 alius mortuum suscitare. alius
 paracletum uerbo erigere. alius
 umbra aegrotos curare. alius

per sua semicinctia infirmanti-
 um febris obinare. Qui tamen
 omnes & patientiae longanimi-
 tate mitis. et zelo rectitudinis
 feruentes fuerunt. uerbi predi-
 catione diuites. simul et largi-
 tatis. huius itaq. quam uera de deo
 dixerint. testantur miracula.
 quia talia per illum non face-
 rent. nisi de illo uera narrarent.
 Et quam pii. quā humiles. quā
 benigni extiterint. eorum te-
 stantur operationes. Surgitur
 de fide temptamur. quā ex il-
 lorum predicatione concepi-
 mus loquentium miracula
 conspiciamus. et in fide quam
 ab eis accepimus confirmamur.
 Quid ergo illorum miracula.
 nisi nam sunt p̄ pugnacula.
 quia et muniti p̄ illa possumus.
 et tamen in manum arbitrii
 non tenemus. nam talia facere
 non ualemus. Clippeus uero
 in manu est et defendit. quia
 uirtus patientiae. uirtus mi-
 sericordiae. precedente nos
 gratia. et in potestate est

arbitrio. et a periculo protegit ad
uersitatis. Turris itaque. nam
cum propugnaculis suis aedifica
ta est. in qua mille clipei de
pendent. quia in scriptura
sacra et sub miraculis patrum
a iaculo aduersitatis abscon
dimur. & conuersationis sanctae
munimina etiam in manu te
nemus operis. Notandum uero
quod limen portae uno cala
mo mensuratur. Calamus autem
in sex cubitis & palmo tendit.
quia uidelicet in scriptura sa
cra & doctrina perfectae ope
rationis. & initium supernae
contemplationis inuenitur.
Si in uero porta hoc loco unus
quisque predicator accipitur.
limen exterius in porta est
uita actiua. limen uero in
terius contemplatiua uita est.
per illam quippe ambulatur
in fide. per hanc uero festi
natur ad speciem. Illa exte
rius docet. ut unusquisque be
ne uiuere debeat. ista interi
us perducit. ut ex bona uita

ad gaudia aeterna pertingat.
haec nos hodie traxisse suffici
at. Quia enim transeuntes ad
alia. diu per excessum locuti
sumus. ea quae subiuncta sunt.
lectioni alterae reseruemus. re
parandi per silentium. speran
tes in uerbo quod uiuit & regnat
cum patre in unitate spiritus sancti. per
omniam saecula saeculorum amen.

VINCII OMIT
QUARTA
IRCUUS
SPECIES ERAT
quasi species
aeris. mensus
est uestibulum portae. octo cu
bitorum. et frontem eius duob.
Ac ne hoc uestibulum extra por
tam esse crederemus. **SUBDITUR.**
Uestibulum autem portae. erat in
trinsecus. Quid ergo per interi
us uestibulum. nisi aeternae
uitae latitudo designatur.
quod modo intra angustias
uitae praesentis. iam per spem
mente concipit. De qua

per psalmistam dicit. Intrate
portas eius in confessione. atria
eius in ymnis confessionum.

Cum enim peccata nra per lacri-
mas confitemur. angusta uiae
portam ingredimur. Sed cum
posthaec ad aeternam uitam
perducimur. portae nostrae
atria in confessionum laudib.
intramus. quia ibi iam angustia
non erit. cum nos laetitia aeter-
nae solemnitatis assumpserit.

Propter confessionis nrae angu-
stiam ueritas dicit. Intrate per
angustam portam. Et cum se
psalmista recipi in latitudine
gaudii aeterni presumeret dice-
bat. Statuisti in loco spatiose
pedes meos. Ad atrium ergo
per portam tenditur. quia in
latitudinem solemnitatis per-
tingitur. ab angustia confes-
sionis. Illa itaq. gaudia quae
apud dauid atria. apud eze-
chielem intrinsecus uocantur.
Unde & hoc ipsum uestibulum.
octo cubitis dicitur mensuratum.
Ibi enim omnes recipiendi sunt.

qui hinc & in exercitio operis
laborant. et ad gaudia eterna
per contemplationis gratiam
suspitant. Nec in merito men-
sura uestibuli in octo cubitis
ponitur. quia septem diebus
uniuersum tempus euoluitur.
Aeterna etenim dies quae expleta
septem dierum uicissitudine
sequitur. scilicet octaua est.
Unde etiam psalmista resurre-
ctionis diem considerans. qui
ad extremi iudicii erat locutu-
rus premisit titulum dicens.
In finem psalmus dauid. pocta-
ua. Ut enim quam octauam
diceret. demonstraret diem
illam tremendi terroris. in
psalmi inchoatione secutus
est dicens. Dne ne in ira tua
arguas me. neq. in furore tuo
corripias me. Modo enim
quisquis per flagella corri-
pitur. et correptionibus emen-
datur. in mansuetudine cor-
ripitur non in ira. In distri-
cto aut. illo examine. omnis
argutio atq. correptio. furor

IV X

etiam est. quia uenia post cor-
reptionem non est. huius octo-
rii numeri causa est. quod
post sabbatum dñs uoluit
a morte resurgere. Dies quip-
pe dominicus quatertertius est
a morte dominica. a conditi-
one dierum numeratur octa-
uus quia septimum sequit̃.
Unde et ipsa uera redemptoris
nr̃i passio et uera resurrectio.
figurauit aliquid de suo cor-
pore in diebus passionis suae.
Sexta enim feria passus est.
sabbato quieuit in sepulchro.
dominico aut̃ die resurrexit
a morte. Presens etenim uita
nobis adhuc sexta est feria.
quia in doloribus eluctur.
et in angustiis cruciat̃. Sed
sabbato quasi in sepulchro
quiescimus. quia requiem
animae post corpus inueni-
mus. Dominico uero die. ut
delectet a passione tertio. a con-
ditione ut diximus octauo.
iam corpore a morte resurgi-
mus. et gloria animae etiam

cum carne gaudemus. Quod
ergo mire saluator noster fecit
in se. hoc ueraciter signauit
in nobis. ut nos dolor in sexta.
et requies in septima. & gloria
excipiat in octaua. hinc per
salomonem dicit̃. Da partem
septem nec non et octo. quia
ignoras quid mali futurum
sit super terrā. Partem etenim
simul septem et octo clamus.
quando sic ea quae septem diebus
euoluunt̃ disponimus. ut per
haec ad bona aeterna ueniamus.
ut dum modo caute agitur.
postmodum ueniens tremen-
di iudicii ira deuret̃. Octo
itaque cubitis uestibulu mensu-
ratur intrinsecus. quia per lu-
cem quae post septem dies sequi-
tur. latitudo nobis aeternita-
tis aperitur. Sed nemo ad
illam uenit. nisi qui hic dile-
ctionem dei et proximi deuota-
mente tenuerit. Unde et sub-
ditur. Et frons eius duobus
cubitibus. Frons etenim portae
est. bonum meritum uitae

praesentis. Sicut enim uestibulum
intrinsecus aeterna requies debet
intellegi. ita p[ro]frontem portae.
qualitatem uisibilis uitae signari.
Frons ergo portae. duob[us] cubitis
mensuratur. quia quisquis hic
dilectionem d[omi]ni ac p[ro]ximi seruare
studuerit. ipse ad aeternitatis atriu[m]
pertingit. Uita igit[ur] n[ost]ra ut duo
bussit mensurata cubitis. tenendi
per caritatem cotidie debet in
amorem d[omi]ni simul & p[ro]ximi. Non
est enim caritas uera. si minus ad u[er]
obus cubitis habet. Unde moyses
cu[m] per colores uestiu[m]. electo[rum] uir
tutes exprimeret. in ornamentu[m]
pontificis bis tinctu[m] coccu[m] iubet
adhiberi. Quid namq[ue] per coccu[m]
nisi caritas designatur. quae sem
per per flammam amoris accen
ditur. Sed coccus bis tingitur.
quando non solu[m] ex amore d[omi]ni. sed
etia[m] p[ro]ximi n[ost]ra caritas inflam
matur. Nam quisquis sic amat
d[omi]n[u]m. ut commissi sibi p[ro]ximi cu
ram relinquat. adhuc in eo
coccus semel tinctus est. Et quis
quis sic amat p[ro]ximum. ut mi

nuat desideriu[m] q[uo]d flagrare
debet ad d[omi]n[u]m. non est in eo ad
huc color tincturae gemina
tu. Debemus ergo & ama
re eos cu[m] quib[us] uiuimus. &
ad illu[m] desideriu[m] anhelare.
in quo ueraciter uiuimus.
Ecce enim ad fidem. ad audi
endu[m] uerbum omnipotentis
d[omi]ni. nos qui religioso inditi
habitu uideamur. ex diuer
sa mundi qualitate conue
nimus. atq[ue] ex dissimilibus
iniquitatib[us] scae ecclesiae
concordia congregati sum[us].
ita uitam patenter factu[m] esse
uideatur. q[uo]d de p[ro]missione
ecclesie per esaiam dicitur.
Habitabit lupus cu[m] agno. &
pardus cu[m] edo accubabit.
Nam sc[ilicet] caritatis uiscera. lupus
cu[m] agno habitat. quia hi
qui in seculo raptores fuerunt.
cu[m] mansuetis ac mitib[us] con
quiescunt. Et pardus cu[m]
edo accubat. quia is qui pec
cato[rum] suor[um] maculis uariis
fuit. cu[m] eo qui se despiciat.

& peccatorem fatetur. humili
liari consentit. Ubi & subdit.
Utulus & leo. & ovis simul mo
rabunt. quia & is qui p con
tritum cor. ad cotidianum
se dō sacrificium pparat. & a
lius qui tamquā leo ex crude
litate seuebat. & alter qui uel
ut ovis innocentia sue simpli
citate perdurat. in caulis scāe
ecclesiae conuenerunt. Ecce
qualis est caritas. que diuersi
tates mentium accendit. con
cremat. inflammat. sed quasi
in unam auris speciem reformat.
Sed in eo quod electi sic armant.
ad illum necesse est ut festinem.
que aeterno gaudio me. eis
uidere mereant. Unus enim
dñs ac redemptor noster. qui
& hic electos suorum corda ad
unanimitatem ligat. & ad su
pernum amorem per interna
desideria semper stimulat.
Unde & illic subdit. Et puer
paruulus minabit eos. Quis
iste est puer paruulus. nisi is
de quo scriptum ē. Puer na

tus nobis. filius datus est nobis.
Quis simul habitantes minat. quia ne
interrenis rebus corda nra inhere
ant. h. ce per eternum desiderium
cotidie inflammat. & ipsum
ei minare est. ad suum amorem
incessanter accendere. Nec cum
nos uicissim diligimus. mente
in hoc exilio remaneamus. ne qui
es huius uitae sic placeat. ut ad
obliuionem patriae pducatur.
ne delectata mens p speris torpeat.
Unde & donis suis flagella ptime
scet. ut nobis omne qd in seculo
nos delectabat. amarescat. Et il
lud incendiū surgat in animo. qd
nos semper ad caeleste desiderium
excitet. atq. ut ita dicam delecta
biliter mordet. suauius cruciet.
hilariter contristet. Puer ergo
nos paruulus minat. quia is qui
paulominus quā angeli minora
tus est. p caritatem quā nobis tri
buit. in hoc nos mundo mentem
figere non permittit. Bis tinctus
itaq. cocculus in nobis est. si & hic
pimos nostros. sicut & nos dili
gimus. & ad auctore omnium

141
cū ipsis quos diligimus festinam.
Signatur uita nra de perfecta cari-
tate bistingt. frons in nobis porte
duob. cubitis mensurat. Siue
igitur doctor. seu sacrum eloqui-
um. uel certe fides. portae no-
mine signet. in mensura utriusq.
cubiti non inconuenienter acci-
pitur. Quae si illa uera p̄dicat.
qui dī a p̄ximi amorem docet.
& ipsa est certa scientia qua ca-
ritas aedificat. & fides robusta ē.
quaese in dilectionem dī a p̄xi-
mi exercet. **SEQVITVR.**

Portae thalami. portae ad orien-
talem uiam. tres hinc. & tres
inde. & mensura una trium.
Quid thalami. quid uia orienta-
lis designet iam superius dixim.
nec replicare latius necessariū
pettamus. Sed querendū nobis
est quod dicitur. Tres hinc. &
tres inde. Thalami quippe
iuxta uia orientalem sunt. cor-
da feruentium in amore dī.
Et siue hi qui electi in testa-
mento ueteri fuerunt. siue in testa-
mento nouo secuti sunt. nimirū

constat. quia om̄s ex amore
trinitatis accensi sunt. Neq.
enim uere dīm diligerent. si
eiusdem trinitatis quae est dī. gra-
tiam non accepissent. Iuxta
uiam ergo orientalem. tres hinc.
& tres inde sunt thalami. quia
dū inter ueteres & nouos patres
dīs incarnari dignatus est. qua-
si in medio thalamoꝝ. uia ori-
entalis apparuit. Qui thalami
ad ueram speciem. ex trinitatis
sunt cognitione decorati.
Sin uero ad uirtutes electoꝝ. eun-
dem numerū referamus. tres sunt
uirtutes. sine quib. is qui ali-
quid operari iam potest. salua-
ri non potest. Videlicet fides.
spes. caritas. Et quia eadem
spes. fides. caritas in antiquis
patrib. quae in nouis doctorib.
fuit. iuxta orientalem uiam
tres hinc. & tres inde thalami
describunt. Uel certe quia
patrum ueterum distinctiones
fuerunt. tres quoq. nouoꝝ sub-
gata sequunt. Uetus quippe
populus habuit patres. ante

legem. ac deinde in lege. & post
modum pphetas. In nouo aut
populo. prius hebreorum primi-
tiae crediderunt. postmodum
plenitudo gentium infide se-
cuta est. ac deinde in fine scilicet
hebreorum reliquiae saluantur.
Quia ergo incarnatio domini. & ex
superiore parte patres ante
legem. patres in lege. atque ad
extremum pphetas habuit.
& posteriori fideles ex hebreis.
fideles ex gentibus. ac postmodum
hebreorum omnes reliquias colligit.
orientalis uia. tres hinc & tres
inde thalamos habere memo-
ratur. Sed hoc quoque non in-
conuenienter accipimus. si tres
esse ordines fidelium dicamus.
Sive namque in ueteri testamen-
to seu in nouo. alius est ordo
predicantium. alius continen-
tium. alius bonorum coniugum.
Unde & isdem propheta in supe-
riori parte. tres uiros liberos
uidit. noe. daniel. & iob.
In quibus uidelicet tribus. pre-
dicatores. continentes. atque

coniugati signati sunt. Nam
noe archam mundas uexit.
atque ideo figuram rectorum te-
nuit. Daniel et in aula re-
gia abstinentiae deditus fu-
it. & ideo uita continen-
tium signauit. Iob uero in
coniugio positus et cura
domus proprie exercens placuit.
per quem digne bonorum coniugum
ordo figuratur. Quia ergo
ante mediatoris aduentum.
& predicatorum. & continentium.
ac boni coniugati fuerunt.
qui eundem eius aduentum
prestitolarent. & magna hunc
sui desiderium uidere cuperent.
& postmodum predicatorum. con-
tinentium. ac boni coniugati
sicut cernimus existunt. qui
redemptorem nostrum non
iam desiderant in carnandum.
sed maiestatis suae gloria con-
templandum. orientalis uia
tres hinc. & inde thalamos
habet. iuxta psalmistae uocem.
qui de decem uia. uidelicet
nostro redemptore dicit. In car-

cutu eius. tabernacula eius.
 Sed pensandum nobis est solli-
 cita intentione qd dicitur.
 quia mensura una trium.
 Cū enim longesit a continentib.
 & tacentib. extollentia p̄ dica-
 tog. & ualde a conuigatis di-
 stet eminentia continentium.
 quicquid una mensura dicit̄
 trium. Conuigati quippe
 qu. unius bene agant. & om-
 nipotentem dñm uiderere desi-
 derent. domesticis tamen cu-
 ris occupant̄. & necessitate
 ut utroq. mentem diuidunt.
 Continentes aut̄ ab huius mun-
 di actione remoti sunt. & uo-
 luptate carnis etiā a licito
 conuigio restringunt. Nul-
 la conuigis. nulla filiorum
 cura. nullis noxiis ac diffici-
 lib. rei familiaris cogitatio-
 nib. implicant̄. Predicato-
 res uero non solū a uitis se
 coherent. sed etiā peccare
 alios prohibent. in studio bonę
 conuersationis instruunt.
 Quomodo ergo una eorū men-

sura est. quoz uitae aequa-
 litas una non est. Sed men-
 sura una trium est. quia
 & si in eis meritoz magna est
 diuersitas. tamen distantia
 in fide in qua tendunt non est.
 Nam eadem fides que istos soli-
 dat in maximis. illoz infir-
 mitatem continet in paruis.
 Uel certe trium una mensura est.
 quā in retributione ultima
 quam uis eadem dignitas non
 sit. una tamen omnib. uita
 beatitudinis. Unde & perse-
 metipsum dñs dicit. In do-
 mo patris mei mansiones
 multae sunt. Sed tamen qui
 in uinea ducti sunt. quamuis
 diuersis horis uenirent. unū
 denarium acceperunt.
 Qua ita ratione conueniant
 mansiones multae cum uno
 denario. nisi quia diuer-
 sae quidē beatorū ciuium
 dignitates erunt. sed tamen
 una quies aeternę retribu-
 tionis. Nam & si dispar-
 erit meritum singulorū.

non erit diuersitas gaudiorū.
Quia & salter atq. alius ampli
us exultat. om̄s tamen unum
gaudium de conditoris sui
uisione lactificat. Hoc quoq.
est si uede ueterib. seu nouis pa
trib. sentiendum. quia orien
talis uia. cum tres hinc. & tres
inde thalamos habeat. mensu
ra una trium est. Quia ipsa
fides atq. ipsum meritum. te
nuit corda p̄cedentium. quae
repleuit corda sequentium.
sub testamento nouo positos.
Sicut p̄ paulum dicit. habentes
autē sp̄m̄ fidei. sicut scriptū
est. Credidi p̄pt̄ quod locu
tus sum. & nos credimus p̄pt̄
quod & loquimur. Spiritua
les quippe illi patres. omni
potentem d̄m̄ trinitatem
ita eē crediderunt. sicut
eandē trinitatem noui pa
tres apte locuti sunt. Esaias
namq. audiuit angelica agmi
na in caelo clamantia. Sc̄s.
sc̄s. sc̄s. d̄ns d̄s sabaoth. Ut
enim p̄sonarum trinitas

De sc̄o t̄m̄^{is}

monstraret. tertio sc̄s dicit.
Sed ut una eē substantia trini
tatis appareat. non d̄m̄ saba
oth eē phibetur. Qd̄ dauid
quoq. similiter sentiens ait.
Benedicat nos d̄ns d̄s nr̄. & be
nedicat nos d̄s. Qui cū tertio
dixisset d̄m̄. ut unum hunc
eē ostenderit subdidit. Et
metuent eū. om̄s fines terrae.
Paulus quoq. loquit̄ dicens.
Quo ex ipso & p̄ ipsum. & in
ipso sunt om̄a. Ex ipso uide
licet ex patre. p̄ ipsum p̄ fili
um. in ipso autē in sp̄u sc̄o.
Quē ergo ipsum tertio dixisset.
adiunxit. Ipsi gl̄a in secula
seculorū amen. Qui enim non
dicit ipsis sed ipsi. dicendo ter
ipsum distinxit p̄sonas. & sub
iungendo ipsi gl̄a. non diui
sit substantiam. Quia itaq.
una est ueterū ac nouorū fides.
recte thalamos describit̄ men
sura una trium. Quod uerbis
aliis replicat̄. cū subditur.
Et mensura una frontium. ex
utraq. parte. Ex utraq. & enim

parte mensura frontium. quia
 patres nri uel prius aucteri.
 uel nunc anouo testamento
 uenientes. in una mediatoris
 fide conueniunt. qui pro qd
 caritate pleni sunt. carnem
 abstinentia domant. corda
 audientium pdicationis lumi
 ne illustrant. signa faciunt.
 uirtutes operantur. Per hoc
 in coru bona nobis foras inno
 tescunt. non in merito huius
 caelestis aedificii frontes uocant.
Omnem enim quod nunc in apto
 ostenditur frons est. ut illud
 sit uestibulum aedificii. qd
 nobis interius reseruat. Un
 de & scae in cantico canticoz
 dicitur. Sicut cortex mali
 punici. genae tuae absq. oc
 cultis tuis. Gene quippe sunt
 scae ecclesiae spirtales patres.
 qui nunc in miraculis coru
 scant. & uelut in eius facie
 uenerabiles apparent. Cum
 eorum uidemus multos mira
 ragere. uentura pphetare.
 mundu pfecte relinquere.

caelestib. desideris ardere. sicut
 cortex mali punici. scae eccle
 siae genae rubent. Sed quid
 istud est omne qd miramur
 in illis. rei coparatione de qua
 scriptum est. Quod oculus
 non uidit. nec auris audiuit.
 nec in cor hominis ascendit.
 quae pparauit ds diligenti
 busse. Bene ergo cu miraret.
 genas ecclesiae subdit. absq.
 occultis suis. Ac si aperte di
 ceret. Ea quidem quae inte
 non latent magna sunt. sed p
 illa ualde ineffabilia quae
 latent. **SEQUITUR.**
Et mensus est latitudinem
 liminis portae decem cubitoz.
 & longitudinem porte tre
 decim cubitoz. Multa supe
 rius de porte significatione
 iam diximus. Sed unum
 tenere aliquid debemus. per
 quod possit & cetera lectoris
 prudentia penetrare. Dictu
 quippe est. per porta scriptu
 ram sacram posse figurari.
 Sed hoc nobis modo laboriose

discutiendū est. cur latitudo
luminis portae tredecim mensurat.
Hoc enim loco longitudo portae.
altitudo dicitur. sicut nos lon
gae stature dicimus. quem al
tum uidemus. Nam longitu
do portae dici intransuersum
non potest. cuius latitudo
per decem cubita monstrat.
Quid ergo latitudo luminis
portae. nisi lex testamenti ue
teris fuit. & longitudo portae.
nisi gratia testamenti noui.
Quia uidelicet scriptura sacra.
dum per testamentū uetus crimi
na operum conpescuit. dare
decimas p̄cipit. quasi per
mandata humilia in luminis
latitudine iacuit. Sed dum
per testamentum nouum. co
gitationes prauas cohercuit.
derelinqui om̄a. & p̄ dō uitā
corporis iussit. cū presenti
seculo despici. quasi porta
nra in longitudinis altitu
dine surrexit. Minora quip
pe p̄cepta. israhelitico popu
lo per legenda sunt. Unde

& eidem populo moyses in ca
po locutus est. **A**liora dñs
sc̄is apostolis dedit. unde &
eosdem. mandatus uite in mon
te docuit. Dum uero redem
ptor n̄r per euangelium dicit.
nolite putare quod ueni sol
uere legem & p̄phetas. Non
ueni soluere sed adimplere.
Adimplere legem uenerat. qui
legis iustitiae gratiā addidit.
Ut quod illa iubebat in minimis.
ipse perfici adiuuaret in sumis.
Et quod illa cohercebat ab ope
re. ipse ressecaret a corde.
Intellecta ergo lex que in lati
tudine iacuit. in altitudine
surrexit. Ipsa enim dī cogni
tio que apud illā in sp̄italib.
patrib. fuit. nota omni po
pulo hebreorum non fuit. Nam
omnipotentem dñm. sc̄am
uidelicet trinitatem cū p̄phe
tae p̄dicarent. populus igno
rabat. Solū decalogū tenebat
in lege. fidem trinitatis nesciens.
Mensuret ergo latitudo luminis
portae decem cubitis. quia

144
durus ille populus. sublimitate
fidei ignorans. mandatis serui-
ebat decalogi. Mensuretur ue-
ro longitudo postae tredecim
cubitis. quia prestantum no-
uum. in corde fidelis populi. su-
per mandata decalogi. quo
ueterus custodit. cognitio trini-
tatis creuit. et eo mandata le-
gis perficit. quo trinitatem
eē omnipotentē dñm credidit.
Ubi et queri rationabiliter po-
test. cur ista latitudinē limi-
nis portae quā superius dixe-
rat. uno calamo mensurari
inferius subiungit. quā dece-
cubitis mensuratur. ac dein-
de subditur. quā longitudo
postae tredecim cubitis mensura-
ta. Unus etenim calamus iā
sicut sepe dictum ē. sex cu-
bitos habet & palmū. decē
uero cubiti iā mensurā suā
sup calamū tenent. Trede-
cim uero amplius quā decē.
Quid ē ergo quā prius uno ca-
lamo lumen postae. post
modū latitudo ei decē cubi-

tis. ad extremum quoque longitu-
do postae. tredecim mensura-
tur. nisi quā scī patres. quos
per sacra scripturam ante le-
gē fuisse cognoscim. unam
quidē omnipotentē dñm. scām
uidelicet trinitatem eē no-
uerunt. sedeandē trinitatē
quā cognouerunt. a peste mi-
nime predicauerunt. Qui
ei iussionib. oboedientes. &
uitae mundiciā conseruan-
tes. quasi in sex cubitis cala-
mi. habuerunt perfectionē
operis. & sepe angelos uiden-
tes. habuerunt palmum
contemplationis. Data autē
lege. rudis ille hebreorum
populus. mandata decalo-
gi seruate conatus ē. sed ta-
men de cognitione scāe tri-
nitatis eruditus non est.
Et quamuis hanc spirituales
patres. perfecte cognouissent.
multitudo tam magna
sinagoge. nec inuenire my-
steriū trinitatis potuit.
nec querere sciuit. Super

ueniente autē gratia per te-
stamentū nouum. omnis fi-
delis populus unam trinita-
tem eē cognouit. et uirtute
decalogi. in ei agnitione con-
pleuit. Prius enī lumen
postē mensuretur calamo
uno. postmodū latitudo ei
cubitis decē. atq. adextre-
mum longitudo portę cu-
bitis tredecim. quia et scis
patrib. ante legē actiua &
contemplatiua uita non de-
